

ei testes, sed alij plures adessent testes contra quos non obijceretur. nā frustra illud sit quod non relevat. & de materia vi. Rebuff. eo. tract. nu. 37. cum mult. seq. & vi. sup. nu. 95. cū seq. p. 1. & in fi. 3 p. Reprobantur etiam non solum per iudicem, verum etiam per alias testes contritarios partis aduersæ. tex. est in cap. series. extra de excep. & in c. licet. de probat. & qui posteriores, & veriores sunt prævalent, vt supra dictū est. statigitur firma conclusio ista, quod testes reprobantur, vel ipso iure, vel officio iudicis parte instantे, aut propter inhabilitatem personæ, vt est tex. in cap. in præsentium. & ibi Franc. Aret. extra eo. & latè Alber. de Malc. eo. tract.

8 c. 5. Quæ personæ reprobatio fieri debet ante publicationem processus, eo maxime si iudex cognouit illum ipso iure fore repellendum, vt paulo post dixi: sed obiectiones quæ ipso iure non fiunt, possunt fieri etiam post publicationem, si præcesserit protestatio, de qua inf. dixi num. 14. & tradit Rebuff. d. tract. nu. 28. & seq. Aut quia sunt minus debito & legitimo numero, vel plures magis quam decet negotio, vnde propter effrenatam multitudinem rei sciantur, vt sup. dixi. Item reprobantur propter eorum dicta de directo contraria, & ambigua, quamvis testium verba ambigua à iudice debent interpretari, vt quam possibile sit, saluetur dictū testis per l. voluntati: C. de fideic. & sentit Paris de Put. d. tra. tract. sind. c. 7. nu. 29. quod est verum, si aliter clara reddi nō possunt: quia iudex tenet testē repetere super vobis obscuris, vt inf. nu. 190. ver. quinto fallit. eadem par. Itē reprobantur, quia minus legitime cōcludunt: & nō sunt rite recepti, non citata parte, nec depositi cum iuramento. Doctor. in l. solam. C. eo. Tind. eo. tract. in princ. ibidem. nu. 8. Cauale. d. decis. 46. nu. 315. in l. p. Maria. soc. eo. tra. n. 32.

9 Quinimò secundum Bar. in l. si quis legatum. nu. 4. ad l. Cor. de fals. testis depositio sine iuramento, facit illum suspectum de falso. vi. in sup. 3. p. nu. 38. Quandoq; etiam testes reprobantur ab eodem met producente, precipue in alia instantia vel circa aliam causam aut personam. secundum Odostr. in l. si quis. C. de test. qui dicit communiter ita obseruari. Boer. decis. 245. nu. 3. qui dicit dictam. l. si quis esse canonizatam: vñ 4. q. 3. c. 3. vi. Vrsot. dec. 2 16. & exemplificat Doct. in d. l. si quis. C. de test. & Bost. eo. tract. n. 13. vers. item scias. & Spec. d. titu. §. 7. vbi vñ distinguere: nam si superuenerit inimicitia inter testem, & producentem, absq; culpa producētis testē, hoc in casu poterit ab eo reprobari, in

C tellige ante quam depónat, sed postquam depo- suerit, non poterit pars producens testem illū reprobare; & ita procedit ista communis opinio de qua supra dictum est, & tener eam Bar. in d. l. Carbonianum, §. duæ causæ, ff. de carb. a. dic. secus si facto producentis inimicitia superuenebit: ex alia causa vel ob aliam causam nō potest testis reprobari à producēte. est magis communis op. doc. in d. l. si quis testib. C. de test. Boer. decis. 245. nu. 3. & altera pars poterit vti dicto testis producti contra se; secundum gl. in c. fratris in fi. de test. & an pars repulsans testem pos sit postea vti dicto testis dicam inf. nu. 18. & testis contra producentem probat etiam deponēdo per verbum credere. Maranta 6. p. de testiū productione nu. 16. Ro. cons. 104. & nota vñ in practica, quod si testes sint mortui post eorū depositionem tamen possunt ēt repulsari post mortē, ante publicationem. Carauta in Mag. Vic. ritu. 73. in fi. Nam esset patens aditus reprobandi testes quos quis produxit, quando pro se non deposituerunt. Reprobandi partiter testes, quia post terminum producti fuerint, & post didicita, & testificata. Bart. & Docto. in auth. at qui semel. C. de probat. Menoc. de arbit. iud. q. 34. per to. car. 22. vbi cautelam ponit per quam 12 testes etiam post didicita, & testificata poterū produci, quæ cautela est, si peratur acta declaratiō ri nulla. Sed regulare est, quod testes quoquis modo reprobantur ante sententiam, post eorū publicationē. C. ad hoc extra. eo. vi. inf. n. 120. & 123. & nu. 214. est in aduertendum, vt prius præcedat protestatio, ante publicationē, in qua 14 protestans dicat sibi reservari facultatem tam obijciendi contra personas, quæ contra testium dicta, si & quartenus expedierit, & ita in factis scribere tales faciat protestationē ad effectū, vt qn̄ reprobatio petetur à iudice, tunc tale pos sit ostendere protestationē iudici; q. practicam semper obseruari consulō, & eam ponit mod. Pract. Stiac. c. 17. n. 53. Pract. Pap. in for. int. test. gl. in ver. alias non auditetur, & est tex. in d. C. in præsentium. extra. eo. Reb. d. tra. art. 34. n. 6. Bal. d. l. si quis. n. 7. c. de tes. alias non præcedente tali protestatione, pars videretur acconsentire, & approbare, quod nota; & talis protestatio quando tendit ad odium testium, vt quia sint excommunicati, Iudæi, vel Banniti, & similes, necessaria non est; secus quando tendit tātom ad fauorem reprobare volentis, nā tunc est omnino necessaria, & hanc esse communem opinionem, & declarationē testantur omnes. can. in d. c. in præsentium. & Maran. de test. repulsa sub n. 2. p. vi. item qn̄ testes recipiuntur absente parte non est necessaria talis protestatio secundum Alex. Stiac. in d. eius Pract. c. 17. nu. 34. & ibi de modo faciendi talem protestationē prac. ponit. Ipse autem laudo vtroq; casu talem fieri 15 protestationem, abundans enim cautela non nocet, & cauti procuratores eam nō omittūr, vt sentit Bald. in d. l. si quis testibus. col. 2. in fi. C. eo. Bart. & Doc. in l. non solum. §. motte. cū 16 materia, ff. de noui oper. nunt. At si facta erit in tempus non congruum, volens reprobare suscipit magnum onus iurisutandi, se nō malitia, nec caluniose reprobare testes, quod iuramentum est valde pericolosum nec potest remitti, quia est iuris diuini. Exo. c. 22. refert Menoch. de arbit. iud. q. 20. car. 17. Affectio. n. & nimia passio sāpe homines fallit, & ideo, omnis quisque prius se ipsum proberit: non enim vitari potest quo minus hoc non suscipiatur iuramentum, quia necessarium est; vt est cōmuniſ op. Doc. in d. c. in præsentium. Dant tamen cautelam, vt quo ad personas obijciatur, & excipiatur ante publicationem, quando s. testes iurā: nam eo in casu evitabitur onus talis iuramenti malitia, & ita dicit Lanfr. de Oria. eo. tract. E nu. 46. & ibi Cels. in addit. lit. o. & protestatio præcedens poterit fieri in primordio & genera liter. Io. And. in c. in præsentium. de test. & iuuat etiam, quia iudex poterit ex officio testem repellere quando ex actis nō apparebit esse idoneum. Bal. in l. etiam iuri. C. de test. est verum quod pars tenet allegare iudici dictas testis exceptiones in specie postquam ex actis consti- tuit, sed exceptiones quæ ex actis non constant: debent probari cum suis circumstantijs necessarijs, & qualitatib. Boer. decis. 321. quāuis nō sit necesse

necessè exprimere diem neq; horam. Rot. de-  
cis. 295. in nouis. & dicam. n. 36. & protestatio  
alium operatur effectum cōseruatiuum quia  
si erit facta debito tempore, & testes qui non  
erant examinandi fuerint examinati nō pro-  
bant. Marſ. pract. §. diligenter. n. 145. est etiā  
aduertendu. n quod protestatio fiat cum clau-  
ſula: quatenus opus sit; alioquin posset esse  
quod testis deposuerit etiam ad fauorem pro-  
testantis, qui protestando sine dicta clausula  
ſibi praiudicaret. Marāta. Actu. 13. n. 14. Quid  
ſi protestans vellit recedere à dicta protesta-  
tione, an possit; & in hoc ſunt contrariae op-  
niones, tamē verior op. & co. tener quod poſ-  
ſit, dūmodo protestatio ſit facta in genere, ſe-  
cūſi in ſpecie, & re integra. text. cum glo. &  
ibi. doct. ca. 111. in p̄fēſtū. de test. Boer.  
decis. 245. n. 5. & 6. Rursus poſt quā partes ap-  
probauerunt dicta & perſonā testimoniū non po-  
terit poſtea probare contrarium. reg. q. ſemel  
de reg. iur. & facit illud Brocardiū, quod  
approbo non improbo. l. ſicut maior. C. de re-  
pud. quia per approbationē vim ſumit proba-  
tio, vt per Saly. in l. quæſtionem. C. de fideiuſo.  
& Bal. in l. boneſidei. C. de reb. cred. & eos  
ſequitur Blanc. de compromiſſ. q. 8. nu. 29. re-  
iectis tribus fundamēntis Alciat. qui contra-  
rium tenet in l. 1. §. fin. de verb. ob. dummodo  
de tali approbatione conſtet in actis; & Nota  
q. ſi Reus in termino reprobatorio nihil pro-  
duxit, vel reprobāit, q. nec actor aliqd de no-  
uo producere, vel primas eius p̄bationes co-  
adiuvarē poterit, ſm̄ Cap. de ſta. c. 24. n. 37. p.  
1. Et ibi per eū adduc. & ſtāte ſupradicta pro-  
tectione, pars poterit p̄ parte approbare, &  
p̄ parte reprobare attestationē etiā à produ-  
cēte. c. Rayn. & c. Raina. extra de test. Spec. de  
test. §. 1. nu. 69. vers. quid ſi p̄ vtraq; parte,  
ſed circa dictum testis qualificatum illud. cum  
ſua qualitate eſt recipiēdum. per l. Aurelius. §.  
19 idē de lib. legat. Causæ autē quæ ob defectū  
perfonæ testes repellunt, ſunt hæc; opponitur  
primo, vt dixi in prin. quod testis eſt pupillus.  
l. inuiti. ſi. eo. Itē qđ eſt ſeruus. l. qui teſtamēto.  
§. ſeruus. ff. de testa. Alberi. eo. ti. act. nu. 19. c. 5.  
& per to. Itē, quod eſt infamis de iure. tot. tit.  
ff. quib. vt indig. & to. tit. de ijs qui not. infa. &  
iſti ſunt, quī per ſententiā damnati ſunt capi-  
taliter, vt homicidæ, latrones, lenones, mulie-  
bria paſſi, meretrices, & ſimiles Albe. d. c. 5. n.  
24. tex. in c. 2. extra eo. no. in ca. in primis. 2. q.  
1. Item quod ſunt viles, & ignoti, & pauperes.  
auth. ignoti. & ibi Doct. C. eo. l. ob carmen. ff.  
eo. & de quib. pulchrē habetur apud Horat. in  
fermo. incip. Ambubaciarum collegia, Pharma-  
copola, mendici, mimi, Balatrones, &c. Item  
quod ſunt criminosi, adulteri, blaſphemato-  
res, inendaces, homicidæ, falsarij, & qui diu  
mala fecerunt, adeò qđ in malum habitum na-  
turā conuerterint, & pro talibus digito ſunt  
cōmuniter notati. de quib. in c. testimonium.  
de test. ext. & 4. q. 3. versi. ſi testes. Spec. eo. tit.  
§. 1. ver. itē oponitur, quod eſt criminofus, vel  
opponitur quod testis ſit omnino ſurdus, mu-  
tus vt de Brac. reg. 4. p. nu. 466. vt per Farin. q.  
61. nu. 43. & fallit ſi per ſenſū in quo non eſt  
defectuſis deponat n. 45. furiosus; de ebrio  
F tangit Vulp. conf. 87. nu. 4. Sed furiosus habēs  
dilucida interualla de eo quod ſcit aut vidit  
pacato furore, etiam quod furor ſuperueniat,  
eo ceſſāte poterit teſtificari. Alber. eo. trac. n.

32. vers. quādō repellatur testis. & debet con-  
ſtare de interuallo. Goines. var. reſſo. tit. de ex-  
emplari. ſubſtit. c. 7. n. 11. Farinac. q. 61. de fu-  
riof. fol. 124. eo. trac. de test. Fatui vero & mē  
te capri, qui neſciūt quid dicant, & extra pro-  
poſitū loquuntur ac respondent, non ſunt te-  
ſtes idonei, ſed ſi de recēti examinētur ad re-  
cognoscēdūn aliquem admittuntur. Bar. eo.  
trac. de test. n. 98. cum ſeq. aperiunt tamen viā  
iudici: idē de prodigo quando a dementia ori-  
tur prodigalitas. Gomes. var. reſſ. tit. de ſubſt.  
exemplari. nu. 4. Secus ſi prodigalitas oritur à  
praua cōnervatione, vel ab amore, quia reuer-  
ſus admittitur. Luc. c. 15. vi. Masc. de prob. cō-  
cluſ. 827. volu. 2. & in recognitione Hominis  
mutus & ſurdus per ſigna admittit. & Zacha-  
rias ſcripſit in terra, cum faro non poſſet, & il-  
lico apertū, eſt os eius. vt in lib. Nu. c. 17. exod.  
. c. 14. Iudic. ca. 6. Isa. c. 38. de blaſphematore  
vi Clar. §. blaſphemia verſic. Reperio. mulier  
vel talis cui bonis interdictum eſt, vt eſt prodi-  
gus. §. teſtes autem. inſtitu. de testa. & ibi glo.  
Itē quod eſt hæreticus, a poſtata, ſimoniacus,  
G vel excommunicatus; ſi fuerit absolutoſ ſaltē  
ad cautelam vt teſtimoniū dicat erit admittē-  
dus. Abb. in c. veniens. vbi etiam Fely. de test.  
& debet abſolui ab ordinario non autē à dele-  
gato. & poſt examen remanet ſub eadem ex-  
communicacione. Capell. Tolos. q. 33. vt dixi, &  
ſeparatus à vičtu, & conſortio fidelium Chri-  
ſtianorum. c. 1. extra. eo. l. quoniam. C. de hæ-  
ret. c. teſtimoniū. eo. Alber. ca. 4. & no. quod  
Iudex ecclæſiaſticus poſt iubere Iudici laico  
ne recipiat teſtes excōicatos. Decia. traſt. Cri.  
cap. 10. nu. 6. tom. 1. & horum inhabilitas con-  
ſenſu partiū tolli nō poſteſt. vt tenet Soc. trac.  
20 fallentiarum. fal. 4. Par. de put. de ſind. c. 2. in-  
cip. fui ſemel rogaſus. De Hæreticis Farinac.  
q. 64. nu. 201. De Apoſtatis. q. 56. n. 444. De Si-  
moniaco. ibidē. nu. 356. vbi de uſurario, & nu.  
240. de excōicato. Itē ſi teſtis eſt reus perduel-  
lionis, rebellis, & crimen laſſae Maiesta. com-  
misit. Bart. in extrauag. ad repri. verſ. qui ſint  
rebelles, & in ijs caſibus ipſo iure repellūtur,  
vt dixi ſup. & tene menti quod tales qui ipſo  
iure repelluntur, etiam ſi admiſſi fuerint par-  
te ignorante, non valet eorum depositio per  
ſupra diura: ſcias quod homicida dicitur per  
ſona viſis. Bal. in auth. ſi dicatur. in vlt. col. C.  
de test. vbi ait quod in facto graui non poſteſt  
recipi in teſtem sine tortura. quod ipſe habe-  
re locū existimo quādō eſt homicida dolofus  
vt ſup. in 3. p. ſub n. 252. ſecus ſi caſualiter, vel  
in pura rixa, vel ad ſuam neceſſariam deſen-  
ſam occiderit, vt nu. 251. eadein par. vel hono-  
ris ſuī cauſa aſtričtus homicidium fecit, non  
negligendo propriaſ famam. Item opponi-  
tur, quod teſtis eſt domeſticus, affiniſ, conſan-  
guineus, ſiue cognitione carnali, ſiue ſpiritu-  
ali, vt ſunt compaſſes, & commatiſ, & de car-  
nali cognitione ſunt patér, & filius, frater, &  
ſoror, vir, & vxor, ſocer, & gener, nouerca, &  
priuigna, & cæteri omnes de familia, vt famu-  
li, ſerui, liberti, maſſarij, aſcriptiti, & tales qui  
bus a producente imperari poſteſt, de quibus  
per nepot. à Mont. Alba. d. traſt. numero 7.  
H appellatione familiæ qui veniant, reſcollit  
Molig. in traſt. de Appellat. à nu. 370. vſq; ad  
nu. 387. & vi. Petr. Moncand. addit. ad Crot.  
de test. par. 4. nu. 39. & vi. inſtra num. 28. lit. L.  
& De ijs omnibus vi. Farinac. De Test. q. 55.

vbi de Domesticis.q.54. De affinibus. ibidem  
De patre spirituali & de compatre ibi num.  
198. De Parentibus naturalibus. nu. 145. De  
fratre ibi nū. 54. De vxore & marito. n.210.  
De fecero & genero.num.79. & seq.& de fa-  
mulis,& familiaribus.q.55.nu.117 qui famu-  
li postquam sunt licentia vel ante in ijs quæ  
Domini fiunt , & in instrumentis.vt num. 161.  
162. & 163. & coloni seu laboratores circa-  
qualitatem & quantitatem terrarum plene  
probant. salij. in l. quoniam liberi. C. de se-  
cuso ad fructus ex quibus comodum sen-  
tiunt, Farinac.d.q.55.nu.219.228. & 229.car.  
38. & quem esse de familia probatur per alios  
eiusdem familiae.Alex. in l. ex pacto. §. si quis  
rogatus.ff.ad Trebellia.Mascar.de probat. cō-  
clus.756.vol. 2. quod nota pro legato facto à  
Domino, vel pro exemptione, & immunita-  
tibus. & vi.Mascar.conclus.758. vbi de famu-  
lis testificantibus pro Domino.attamen si san-  
guine coniuncti non sint (quamvis de fami-  
lia largè quodammodo dici possunt. vt in l.fa-  
milia.de verbo. obl.) consuetudo tales non  
respuit, non tamen tanta eis adhibetur fides.  
facit rex.in l.tertia.ff.eo.Spec.eod.tit.§.1. nu.  
12. Alber.eod.tract.ca.1.& 2. & vide omnino  
Ménoch.de arbit.iud.q.73. nu. 32. vbi inquit  
testes domesticos esse idoneos in causa domi,  
& secreto tractata.ibi car.49. & Doct. omnes  
in l.in omnibus.C.de test.ca.insuper. vbi Fe-  
ly.eod.tit.Boss.tit.de opp.contr.test.num.59.  
& Bened.in cap.Raynatius. versic. qui cum  
alia.&c.n.251. vbi dicit domesticos & cubicu-  
larios probare innocentiam accusati secundū  
Bal.in l.in testimonium.cod. tit. idem de pa-  
rentibus accusati tenet Felyn.in c.in literis.4.  
collat.de test.& consuluit Alex.conf.166.vo.  
2.& Put.de sindic.in verbo.testis ca. 3. vbi te-  
stes Domestici in causa domestica sunt testes  
idonei per c.veniens.de test.& regulariter ad-  
mittuntur, quando veritas aliunde haberi nō  
potest; item in causa sindicatus pro & contra  
officiale, & creditur testibus domesticis si  
sint viri probi.Innoc. & Cano.in ca.in literis.  
de test.Mars.pract.§.1.n.10. & ideo debet pro-  
bari ista qualitas probitatis. Item per dome-  
sticos probatur Adulterium . & in antiquis  
etiam de auditu domestici probant. Mascar.  
de probat. conclus.103.vol.1.& conclus.534.  
24 eo.vol. Item excipitur, quod est inimicus eius  
contra quem producitur , & amicus tantum  
producentis, de qua materia Docto. latè in l.  
edita.C.de eden.Gramat. cons.45.n.18. cum  
I seq.in crimi.vbi idem de Inimico præsumpto  
ait.nam in recipiebris testibus idem operatur  
inimicitia præsumpta sicut vera. secundum  
Innoc.in c.cum I. & A.de re Iud.Bar. in tir.1.  
ff.de ijs quib.vt indig.Abb.in c.repellatur.de  
Accusat.& in numero Inimicoru ponitur Ad  
uersari us cù quo lis est ciuilis.Alex.conf.143.  
vol.5.Ro.conf.379.& Abb.c.1.de Iud.Bar. &  
co.Doct.in l.3.in prin.de test.Minsing. obser.  
27.Cen.3. & exceptio Inimicitia non habet  
parem.pract.Siac.c.5.n.28.Mars.prac.cri.§.  
diligenter.n.69.vbi diuininguit Menoc.de arb.  
Iud.cas.78.quia inimicus testis nec etiā in ca-  
sibus exceptuatis vt laſ. Maie.Heres. & simo.  
Affassi.nec in priuilegiatis fidē facit.Plot.in l.  
si quando.n.799.C.vnde vi.Ro.sing.315. Al-  
ciat.de præsump.reg.3.præsum.11.Menoch.  
cas.100. qui de cōmuni testatur. & Inimicus

est exceptuatus ab habilitatione.c.sciscitatus!  
de rescrip.Corsf.sing.in verb.testis. n.3.Ma-  
rant.de ord.iud.par.6.Crot.eo.de test.5. par.  
n.97.cū plur.seq.& in Addit.lit. min. Nec re-  
cōuale scit dictum inimici, etiam quod postea  
sequatur recōciliatio. Io.And.ad Spec.de tes.  
§.1.addit.2.& vi.distinct.Mars.vbi sup.§.dili-  
genter.n.69.Et de fide Inimici vi. Mascar.de  
proba.conclu.899.& 1048.vo.2.& vi.Clar.q.  
24.vers. Itē quārō vbi ait, quod inimicus testis  
repellatur quando inimicitia est capitalis: &  
esse communē testatur Fely.in ca. cum oport-  
eat.post n.8.de accusa. & ideo inimicitia le-  
uis concurrente probitate non repellit testē.  
vt ibi per eū. est etiam verum quod si primo  
esset examinatus vir probus,& non suspectus  
& postea alter testis inimicus graui inimici-  
tia; quod hoc in casu, si cōcordat cū dicto pri-  
mi testis, illud multū conualidat; non tñ Reus  
redditur conuictus, ita vt condénari possit.vi.  
inf. sub n.138. in hac par.& sub nu.205.lit.A.  
Prēterea amici adhærētes,& affines, ac Socij  
inimici mei, sunt mihi inimici. Mars.in l.1.§.  
prēterea.de questio, si cōiunctio ista amicitiae  
vel cōsanguinitatis sit magna. per Mars.ibi n.  
12. sed in cōsanguineis cōsideratur saltē quar-  
tus gradus. sī l.lex Cornelia.de iniu. tñ est in  
arbitrio Iudicis, vt inquit D. Men.de arb.iud.  
cas.161.& 162. qui iudicabit. & in omnem ca-  
sum respectu adherentia vel amicitia amicus  
inimici mei non dicitur meus capitalis inimici-  
cus. M asc.de prob.concl.898.n.25.& 28. Sed  
& in hac inimicitiae materia iudex debet ad-  
uertere, an inimicitia præcedat aut post exa-  
men sequatur; & si testis dedit causam inimici-  
tiae, vel pars contra quā deposita affectauit  
talem inimicitiam ad effectū debilitandi eius  
dictū, potest etiam stare quod unus sit vir pri-  
des & Christianus, alienus à malo, & aduersa-  
rius odio eū prosequatur, per hoc si deposue-  
rit, propter eius probitatē, & fidem, non est re-  
pellendus, nisi etiā de suo interesse tractaretur.  
nā quilibet abundat in sensu suo. & faciūt  
quæ dixi in 5.par.sub n.191.lit. D. & nu.194.  
vers. Nec debet. & ex ijs percipitur quantum  
sit arbitrium iudicis in hac materia, qui si erit  
prudens & timoratus Dei omnia recte, riteq;  
aget. & hic nota, quod si testis, sit affinis, com-  
sanguineus, vel amicus tā producentis, quam  
eius contra quē deponit, idem si cōmuni par-  
tiū voluntate produceretur, par gradus & af-  
fectio, & voluntatis vtriusque concursus, om-  
nē remouet suspitionē. vt in l. non solū.vbi  
Bal.ff.de rit.nupt. quæ sententia ab omnibus  
passim approbatur. quid de vicino; & certe in  
illis rebus quæ domi geruntur est optimus te-  
stis, & non potest rejici.l. vicinus. C. de nup.  
& d.l.2.vbi Bar.C.de edē.facil.l.Octaui.C.vn-  
de cogn.late Farin.eo.tit.q.70.n.164.cū mul.  
seq.Lafran.de Oria.eo.trac.n.25.& ibi Addi.  
quia lex de eis valde præsumit, & indistincte  
teneo eorū valere testimoniu, nisi yltra vici-  
nitatē cōcurreret nimia familiaritas, quia eo  
in casu ratione amicitiae repellitur. vt sup. &  
26.hoc nisi essemus in causa criminali. Itē excipi-  
tur, q testis sit vasallus, subditus, seu in causa  
subditī dominus, ij propter affectionem re-  
pelluntur, vt per Alberic.eod.tract.c.4.sed in  
subsidiū aliquo modo admitti possunt. se-  
cundum Saly.in l.2.C.eo.& Spec.vbi supra.§.  
1.nu.20. non tamen possunt dici testes omni-  
exceptio-

exceptione maiores. Bar. in l. idonei. ff. de test. tex. in cap. causam. de officie. deleg. iudex ergo animatum suum mouebit arbitrando iux. rei & 27 personarum qualitatem huiusmodi testes ad- 28 mittendo, & non admittendo. Item obijicitur, quod est aduocatus, procurator, tutor, cura- tor, socius bonorum, & negotiorum gestor, qui dum talia faciunt, & causae patrocinan- tur, haud magna suspitione carent. l. f. C. de test. Bald. conf. fo. n. 1. lib. 2. Catalc. dec. 1. nu. 50. in 2. par. vbi exemplificat in negotiorum gestore, famulo, & socio bonorum. & est tex. vbi Doct. in l. omnibus. C. de test. & l. fin. ff. eo. Secus si ante patrocinium, curam, & negocia- tionem in testes producti fuerint. iux. glo. co- muniter approbatam in l. f. ff. eo. Alber. eod. tract. cap. 4. n. 4. & optimam ponit distinctio- nem præct. Pap. in for. inra. test. in gl. protestan- L. te. col. 3. quoad aduocatum vi. Farinac. dict. tract. quæst. 60. num. 155. vbi ponit reg. nega- tiuam, cum multis declarationibus, quando possit, & quando non usq; ad num. 195. & De procuratore num. 196. usq; ad num. 243. vbi dat. 6. ampliat. & 17. limit. & de solicitatore. num. 244. At de Tutoce pariter negativam po- nit cum. 5. amp. & 2. limit. & De Socio pro so- cio negatiue cum. 4. ampl. & 8. limit. num. 386. usq; ad num. 405. similiter de negotiorum gestore, factore & huiusmodi in quæst. 55. vbi ampliat. 4. mo. & totidem limit. car. 25. idem tenet de Administratore. 161. & quod supra dictum est de Aduocato & procuratore intel- ligit etiam de clientulo pro eis. Quid de fidei- iuslo: si potest testis esse pro creditore in alia causa si creditor est vir probus & ita eius fideiussor, de quo vi, late Farinac. eo. q. 60. nu. 368. cum mult. seq. sed quanta fides sit danda. Iudex arbitrabitur. Sed clientulus non potest esse testis pro Aduocato nisi demum finito pa- trocinio & clientela. spec. §. 1. de test. num. 13. & quia supra dictum est de testibus domesti- cis & familiaribus, non æque omnes tanquam suspecti sunt rejiciendi, etiam quod non aga- tur de causis domesticis. Nam si Princeps, vel alius Dominus qui Nobiles & egregias perso- nas in sua domo tenet, & que illi seruant, li- tem haberet cum aliquo, iij viri Illustres vel egregium officium apud Principem gerentes testes sunt idonei, nam de ijs iura valde præ- sumunt. vt de Secretariis, domus Magistris, Consiliariis, Auditoribus, & similibus, de qui- bus apud Menoc. de ar. iud. cal. 67. 68. & 69. & dixi sup. num. 42. p. 1. & sub nu. 168. in 2. par. & huiusmodi testibus etiam creditur si verisimilia non deponant quando sunt nobiles val- de, & in dignitate constituti. Mars. in rubr. de probat. n. 112. & sing. 273. & Fely. in c. quia ve- risimili. col. 10. de præsumpt. & in ijs quæ mo- dici sunt præiudicij, unus testis valde dignus probat. Gabr. col. conclus. de test. concl. 1. nu. 16. & seq. lex enim de personis egregijs oinne bonum præsumit. Bar. in l. seruos. de quæstio. Aret. in §. Pater instit. de testa. Capell. Tolof. q. 4. nu. 1. vbi limitat regulam quod familia- res non sint testes idonei 12. modis, primo, quā- do quis est familiaris alicuius magnatis, 2. in causa Matrimonij. 3. in probanda extimatio- ne rerum ablatarum in domo, seu Nati. 4. ad probandam innocentiam. 5. in causis & rebus domesti- cis. iux. l. consensu. C. de rebus pub- sublunita in probanda fornicatione, vt dixi su-

nu. 187. lit. n. in precedenti par. quod est con- tra d. l. consensu. 6. in probando tractatu par- ricidij aut vxoridij. 7. in factis antiquis. 8. in interpretandis signis Muti. de quo sup. nu. 19. lit. f. 9. in instrumentis, & vltimis voluntatibus. 10. domesticus contra domesticum. 11. fau- re Ecclesiae. 12. quando domesticus deponit pro & contra. & alia in proposito videnda. Addit. ad Capell. Tolof. in d. q. 4. per Bal. & Sa- ly. & alios. in l. etiam. vbi glo. cum materia. C. de test. de ijs omnibus per Mascar. de probat. conclus. 1253. sub nu. 93. cum mult. seq. vol. 2. quantum prospicbit probitas vnius viri. vi. apud Ti- raq. trac. de pen. temp. Cau. si. & vide de Brac. Reg. p. 3. n. 421. in fi. car. 595. Item excipitur, quod testis sit religiosus (non ex eo, quia mi- nus idonei sint religiosi) sed si absque licentia superioris deposituerint, eorum non valet dictum, vt 16. quæstio. 1. cap. monachi. & est communi- nis opinio, annexa omnino praxi. Alber. eod. tract. cap. 5. Et in causis, in quibus pena san- guinis ingeritur non debent, qui sunt in sacris constituti, vlo modo testimonium perhibere alias incurunt in irregularitatem, ita vltra- alios, tenet Didac. in repet. clement. furiosus. fol. 314. quem Clar. allegat. in ca. fi. q. 24. versi. ulterius. & versi. seq. & q. 14. versi. dixi in pri- mis. per tex. in cap. postulasti. de homic. Albe. eod. tract. cap. 6. n. 35. 36. & 37. & 38. vbi am- pliatur hoc procedere etiam si veritas aliter haberi non posset, idem tenet Abb. in dicto c. postulasti. & in ca. fi. de postulan. & in illis ca- sibus, in quibus possent de iure testimonium dicere, licet causa inter seculares, & coram iu- dice seculari ageretur, tamen isti religiosi in sacris coram suo iudice ecclesiastico debent 31 examinari, vt 14. quæst. 2. cap. quanquam. & Alber. vbi sup. num. 3. & seq. cap. 5. Dixi §. 1. 3. nu. 63. vi. Farinac. de test. q. 61. per to. vbi late de Clericis testibus. Quoniam nec tacite, nec expresse testes religiosi possunt consentire in 32 iudicem secularem, absque licentia iudicis ec- clesiastici, vt tenet Caualea. in eius realibus Decisionibus præcipue decis. 45. nu. 77. in 1. par. Nat. conf. 445. n. 17. & seq. vol. 3. ea enim quæ sunt Dei Deo, & in terris eius Vicario Pó- tifici maximo. Na. con. 33. vol. 1. gl. in proem. Clem. §. hæc sanctio. At si clericus nondum in 33 sacris absque licentia sui superioris deposituerit, valer talis depositio secundum Abb. in ca. Nuntius. de test. sequitur Boff. eod. tract. num. 92. Soc. conf. 17. colum. vlt. in prima par. Car. conf. 97. Alex. conf. 64. volum. 1. & de commu- ni testatur Viui. comm. opin. in verb. mona- cus. tamen religiosus cum licentia superioris. & vbi ignorat penam, vel protestetur nolle deponere in causa vbi ingeritur pena sanguini- nis, non sit irregularis, per tex. capitulo secun- do, de Homic. Gome. Var. resolut. de delict. capitulo primo, num. 33. Clar. quæst. 24. versi. ulterius & versi. seq. vbi dicit talem protestationem non reletare Clericum ab irregulari- tate. & clericus vacilans poterit concurren- tibus alijs administriculis etiam torqueri. vt de comuni testatur Foller. præct. Cano. numero quadragesimo septimo, fol. 127. quem refert Clar. quæst. vigesimaquinta, versiculo sed nunquid. vbi à suo iudice ecclesiastico, & non à laico hoc procedere ait. vi. Mascar. de prob. conclus. i 364. num. sexagesimoprimo, & seq. & si esset citandus ad dicendum testimoniu, ci

tari debet, vbi residentiam facit. idem Mascar.  
 34 conclu. 1272. n. 3. Quod si adhibentur monachi, seu religiosi testes in aliquo testamento, communis opinio est, quod monachi, & fratres minores non prohibeantur per gl. in authen. de monach. §. cogitandum. Secundum quam consuluere Franc. & Ang. de Are. & Saly. quos recenset pract. Pap. in for. opp. contr. test. post publ. glo. in verb. protestatione, circa fin. & ita obtinuisse inquit, tamen consulo ad evitandum omnia impedimenta sedari difficultates quæ inde oriri possent, & dico quod tales monachi, fratres, & religiosi, non deberent in testes adhiberi, si ad minus fieri posset.  
 35 in summa concludendum est quod testes, quando defectu personæ, seu eorum cōditionis reprobantur, debet iudex animaduertere, an tempore depositionis erant defectuosi, vel non, vt in l. ad conditionem. ff. de testa. & in l. 1. C. eo. nec attenditur, quod ante, vel post depositionem fuerit secutum, sat est enim tempore depositionis, & iuramenti suis habiles secundum ea quæ superius dicta sunt. à n. 95. in prima par. prin. & tradit etiam Spec. eo. N. §. 1. n. 17. Et aduerte quod quilibet minimus defectus in teste impedit semiplena probatio nis effectum, & iuramenti Delationem. vt firmat Nat. conf. 53. viso. co. fi. n. 10. cōf. 179. n. 5. Rim. in conf. 39. n. 42. veg. Ro. luc. Decis. 9. n. 22. sed quid e contra laicus contra clericum non potest esse testis. Spec. eo. de test. §. 1. vers. Item quod est laicus, & in c. forus, & etiam si veritas aliunde haberri non posset in cri. esse co. apud Cano. in c. de cetero. & in c. testimonium. 11. q. 1. testatur Viui co. op. fol. 286. Plo. in l. si quando. n. 145. C. vnde vi. & licet in criminali laicus non facit plenam fidem contra reliquum, nihilominus quo ad torturam facit inditium. Abb. d. c. de cetero. de test. Mars. pract. §. diligenter. n. 132. vi Mascar. de prob. conclus. 963. vo. 2. & fauore Reorum laici pre feruntur clericis. c. clericis. distinct. 81. in causa criminali. Mascar. concl. 104. vo. 2. ve. Farina, qui ampliat duobus modis regulam negatiuā q. 61. nu. 98. & limitat undecimmo. Item ad-  
 36 uertatur opposens, vt sp̄ificet locum, tēpus, & circumstantias, & eas prober in specie, quan do scilicet excipitur, quod testis sit infamis, vel alias patitur exceptiones ob defectum personæ, alias frustra eset excipere. Boer. decis. 321. n. 2. qui de communi testatur, & tenetur actione iniuriarum. secūdum eundē Boer. decis. 4. n. 37. Clar. §. fi. q. 54. versi. 1. 2. & 3. nisi in protestatione dictum eset referuari sibi ius opponendi, non animo tamen iniuriandi, vt per Ias. in l. non solum. §. morte. n. 47. ff. de no. oper. nunc. Rip. in c. cum M. n. 90. de constit. dicit tamen. Boer. d. decis. 4. hoc non recte ob seruari, & verum dicit, prout etiam affirmat Rebuff. cod. tract. nu. 44. sunt multi alij casus repulsandi testes de quibus Afflitt. 40. recēset. in Constitu. Rcg. rubr. 53. de Aleat. lib. 3. a. n. 1. vſq. ad n. 12. & infra per discursum quosdā ponam exempli gratia vt eadem ratione militante idem ius statuatur. l. illud. ad le. Aquil.  
 37 Nunc prosequendo materiam, per nonnullas quæstiones. Primo, quare nunquid pater pro filio & contra testis esse possit, & regula est, quod nequid in iudicio, verum etiam nec in testamentis neuter admittitur. minusque in contractibus, siue pro, siue contra, nec in ciui-

libus, nec in criminalibus, vt per scrib. in l. qui testamento. §. per contrarium. cum materia. ff. de testa. vbi Bar. Ia. Are. & Mod. & facit decis. tex. in l. testis. ff. eod. Farinac. de test. q. 54. n. 171. & seq. & in criminalibus si pater & filius esent tanquam cōplices accusati, & unus neget, alter fateatur, non potest adhiberi tortura vni ad effectum vt inditium faciat cōtra alium. vt de Socijs criminibus fieri solet de quibus dixi infra n. 68. Nam plures specialitates concurrunt, primo quia pater & filius nō admittuntur vt sup. secundo, quia non sunt sumenda arma de Domo Rei. n. 162. in 3. par. tamen in atrocioribus delictis, vt in assassinio & cri. lēs. Maista. possunt confrontari Pater & filius, quando veritas aliunde haberri non potest vt inf. n. 48. sunt enim hēc duæ specialitates videlicet Atrocitas criminis, & quando veritas aliunde haberri non possit. Testis idoneus filio, & filius patri non est. concor. l. parentes. C. eo. & Spec. §. 1. vers. pater autem. & procedete hoc dicunt, siue pater testetur, vel contrahat, siue in testamēto hēres instituitur, quæ opinio communis est, ex glo. in d. l. qui testamento. de testa. & Alberic. eod. tract. in prima parte. & Doct. in d. l. parentes. C. eo. & per tex. 4. q. 3. Guliel. de Suz. antiq. interpr. in l. prima. ff. de fer. vbi dicit, quod etiam si tales testes à iudice approbarentur, nō tamen eorum valeret testimonium. Est tamen casus in quo 38 filius testando potest patrem & instituere, & illum sibi in testem adhibere, vt si filius sit miles, & in militia testetur secundum Bart. & alios in dicta l. qui testamento. §. qui per contrarium. de testa. & ibi gl. communiter approbata. quamvis glo. in dicta l. testis. velit, quod pater possit esse testis in testamento filij de castrensi peculio ante missionem. & supradicta communis opinio confirmatur per Spec. dicto §. primo. versi. pater. vbi idem de matre intelligendum ait, ar. l. patroni. ff. de verbo. signific. quod extendendum est, etiam ad patruos magnos, & amitas magnas. At Albe. eo. tract. n. 17. c. 1. concludit indistincte, quod si acquiratur aliquid vtriq; scilicet patri, & filio, neuter testis esse possit: at si alteri tantum tūc esse distinguendum; aut quod acquiritur, in contractibus acquiritur, & tunc neuter admittitur; aut in testamentis, & tunc alter cui non quāritur recte admitti potest. dummodo pater, aut filius hēres non instituatur, & intellige in testamento pagani, sed tanquam legatarius non prohibetur etiam testis esse alter eorum in proprio testamento, in quo res ei legatur, per l. dictantibus. C. de test. & lo. Dilet. de art. testa. tit. 2. cau. 9. Crass. de vlt. volunt. §. testamentum. q. 57. nu. 15. & declara, quod pro suo interesse tantum, nec etiam legatarius testis esse possit, vt in cap. nullus. 4. quest. 3. & in l. in omnibus. C. eo. tit. & pra. Pap. in for. opp. contr. test. gl. in facto proprio, vt infra dicam 40 num. 52. & per Curt. d. tract. de test. concl. 4. Farinac. eod. tract. quest. 60. num. 287. cum seq. ampliat 4. num. & limitat octo. & executor testamentarius potest esse testis in illo testamento. Mascar. de prob. conclus. 710. vol. 2. vi. infra num. 114. lit. L. Ideā de fratre pro fratre dicendum puto in casu simili iux. tex. in c. sed neque hēres. Institu. de testa. de quibus statim dicam. Not. quod facilius ad- 41 mittitur filius pro patre, quā pater pro filio ratio

ratio est, quia pater magis diligit quam diligatur, ut no. gloss. in d.l. qui testamento. §. quæcunque. versie. sed quidam, & Bart. ibi Causalca. in tract. de tuto. & cura. n. 301. & 167. iux. secundam impressionem. Ratio autem rationis assignatur, quia in descendantibus amor ideo diminuitur, sicuti caro, & sanguis in aliis sibi descendentes aspergitur & dilatatur relinquentio sententia quo originem sumpsit, sed in ascendantibus amor augetur eadem ratione, quia omne principium tendit ad suum finem secundum Arist. in 3. Topic. & delectatur in factura sua, non sic econtra, unde surrexit regula, quod nullus amor vincit paternum. Docto. in l. quoniam nouella. C. de in offic. testa. Soc. Junio. cons. 99. nu. 10. fol. 142. par. 1. tamen in probanda etate, filiatione & alijs de quibus per Fari. q. 54. nu. 177. & seq. idem in aliena. Causa in qua alter eorum sit Procurator vel Aduocatus. nu. 152. In criminalibus autem causis neuter, nec pro nec contra admittitur, quia ascendentes & descendentes, pro ascendentibus, & descendebus usque in infinitum, nullo modo admittuntur, adeo quod si Adam adhuc viueret testimonium perhibere non posset, quia omnes Adae filii sumus, & est communis opinio, de qua omnes in dicta l. parentes, & in l. quique. ff. de in ius voc. Io. And. in add. ad Spec. §. 1. versi. ite in quod est parens. lit. F. vi. Aret. in §. pater Institu. de testa. vbi distinguuntur. & procedit etiam in liberis emancipatis, aut naturalibus tantum, aut legitimis tatum; aut si sint spurij, ita omnes conueniunt in dicta l. parentes, & quod dixi, de patre, & filio, idem intelligo de vxore, & viro, & fodero, & nuru, de quibus infra nihilominus dicam. Sed in omni alio negotio pater & filius sunt testes idonei, si filius non est impubes, & de re sua non tractetur, licet ex dicto filij impuberis & bonæ indolis & qui scientia a tatem supplet, teste testimonium Patris coadiuuetur quando pater est omni except. maior. Capell. tolo. q. 3. & ibi Addit. lit. A. Farinac. d. q. 54. nu. 208. Secundo, quæro quid de fratre contra fratrem, vel pro fratre, & breuiter concluso, idem de fratre, quod de filio, & (ut mox superius dictum est) quemadmodum filius in causa patris, & contra testis esse, vel non esse potest, ita & fratrem pro fratre testem esse posse existimo, & hoc, tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus, ea enim pati passu ambulant per text. & Docto. in d.l. parentes. C. eo. existimant tam Alberic. vbi supra & Are. quod in causa ciuii testes idonei sint, at in contrarium est veritas, ut tradit Cor. cons. 122. lit. T. & esse comm. opinionem testatur idem Aret. in c. cum oppoz. teat. num. 11. de accusat. eo minus si adhuc in communione sint, l. prima. ff. eo. ar. l. si sorore. C. qui accusa. non pos. & d.l. testis. de test. sed inspecto fauore aliorum fratrum contra quos frater in testimoniam producitum, si non apponatur, videtur renuntiatum, & per consequens non esset frater repellendus. ar. l. quod fauore. ff. de leg. at Bal. in d.l. parentes. vbi etiā glo. tenet, quod si frater adhibeatur in testem in casu in quo rogitus est necessarius, tunc habilitatur propter rogitum, & consequenter non prohibetur esse testis, quæ opinio, ut de more subtilissima, non videtur omnino secura, nam dato casu, quod super illo actu esset examinandus, non carceret suspitione propter iura

sanguinis. A communiter quidem accidetibus videamus fratres de duobus extensis peccare, 48 aut de nimio amore, aut de pessimo odio, ex exemplo Cain, & Abel, Ioseph, & fratrum suorum, & facit illud Ouid. Fratrum quoque gratia rara est. tutius erit fratres nullo in casu in testimonium dare, siue simul, siue separatim existant, & hoc modo albedini conscientie locus erit, & partes immunes etiadent ab omni suspicione. vide Felyn. in cap. literis. col. vlt. de test. vbi regulam, & fallentias ponit, & in criminali non admittuntur, preterquam in cri. kes. maiest. & hæresis, per tex. aureum. in cap. literas de præsumptionibus. vbi testimonium fratris iuuat fratrem, etiam in causa hæresis ad sui defensionem, ne de hæresi puniatur. item in causa simoniae, & quando aliter veritas haberi non posset, licet eorum fides seruiret pro administriculis, ut sentit Clar. §. fin. q. 24. versic. Farinac. late eo. tract. q. 54. nu. 84. cum niult. seq. vsq; ad nu. 143. item scias; & in illis casibus, in quibus fratres admitti possent, non tamen inuiti admitterentur, propter. l. lege Iulia. ff. cod. & est de mente omnium. ita per Albertic. d. c. 6. n. 2. cum plur. seq. exceptis tamen predictis tribus casibus. Et transgressio Adam & Èua fuit causa mei & tui, & hodie pecunias primum locum obtinet immo vita Hominis tex. cum gl. in l. Aduocati. C. de Ad. Di. lud. & in fratribus est primus sanguis, & inter extraneos secundus sanguis. Petra sancta sing. 73. nu. 5. car. mihi. 421. & in ijs procedit quod Menoc. dicit de arb. iud. cas. vo. nu. 6. vbi vide. & gl. in l. Aduocati. C. de Aduoc. diuerso. iudi. & sicuti in equalitas est digitorum in una manu, ita inæquales sunt fratrum mores, & humores. & ille qui habitat cum alio fratre, præsumitur magis diligere illum quam alterum cum quo non habitat. Bal. in tract. de duobus fratribus. in si. per l. cū allegas. C. de castr. pec. lib. 12. idē in l. parentes. C. de test. Corser. qng. in verb. testis. il secundo. & ex conservatione præsumitur Amor & Dilectio. sed per contrarium si ad inuicem cruciantur, fac argumenta ab absurdo nimirum si repentes late tractat materiali. l. qui Rom. §. duo fratres. de ver. 1 oblig. Tertio, quæro quid iuris sit de consanguineis, & dico tales contra, vel pro consanguineis testes idoneos esse non posse, usque ad tertium gradum inclusive. 4. questio. 3. cap. 1. Spec. §. 1. n. 10. sed in contractibus, & ultimis voluntatibus, absque scrupulo intellige de fratribus, ut supra, sed remotores admitti possunt. gl. & Doct. in c. consanguinei. 3. q. 5. Bal. dicta l. parentes. C. de test. secus si in eadē communione permanerent, nam in causa propria testes dicerentur, contra regulam allegata. in d.c. nullus. 4. q. 3. & in l. lex Cornelia. ff. de iniu. Steff. Aufrer. eo. tract. nu. 29. vbi ponit limit. Ipse vero arbitrör posse admitti in duobus du taxat casibus. Primo si repellatur non fauore publico, sed partis, quæ non contradicat, ex mente Bal. in l. si quis testis. ff. eo. & in l. ultima C. de temp. appellat. Ioan. And. ad Spec. §. 1. versi. sed nunquid frater. lit. F. Nell. à S. Gemi. eo. trac. n. 9. Bal. in authen. sed si quis. C. eo. de declaratur hoc habere locū qñ pars potuit cō tradicere, nec cōtradixit; iux. Dy. in ca. is quis. n. 5. & ibi magna caterua. Add. de reg. iu. in 6. idē si ipso iure absq; partis institia repellatur 52 fauore priuatorū. ut dixi supra. Secundo casu

possunt admitti, & eorum valet testimonium quando essent coniuncti pari sanguine, & anno re ambabus partibus, ut dicta l. solam, vbi Bal. ff. de rit. nnp. & est glo. communis. in dicta l. le ge Iulia. st. eod. Alberic. eod. tract. c. 6. n. 6. dixi supra n. 25, non tamen, & iij cogi possunt, ut in R. fine secunda praecedentis questionis dixi. Sed si in causa ciuili non admittuntur, multo minus erunt admittendi in criminali: quia consanguinei dicuntur participare de iniuria facta consanguineis. Clar. §. fi. q. 24. versi. quero an, & in c. nullus. 4. q. 3. vi. infra nu. 11. in hac 4. par. vbi nullus testis esse potest in causa propria; & ibi quot modis dicatur causa propria adeo, quod est verum ut nunquam testimoniū facit. Saly. in l. ea quidem. C. de Accusa. Grammat. conf. 45. in cri. n. 19. Nec etiam soli regi est credendum in causa propria per glo. in l. is qui in iudicio. ff. de Accusat. Afflitt. de feud. ex quib. cau. feu. amittatur. nu. 32. fo. 177. sed vbi testis protestaretur nolle ius aliquid acquirere sibi ex sua depositione, constito de integritate & probitate sua admittitur. Feret. cautel. 40. Bal. in l. dictantibus. C. eo. de test. sed etiam de consensu partium potest admitti. Bald. in l. questionem. nu. 4. C. de fidecico. & nedum vbi commodum. verum etiam vbi laus aut virtutium ob testimonium eis obueniret immediate, non autem mediata. Fely. in ca. insuper. de test. Et nota quod aliud est testificari in causa propria. per d. l. nullus C. de test. aliud est testificari de facto proprio; quia in hoc testis facit plus quam semiplenam probationem, in ijs scilicet quæ sunt eius peritiæ, seu ad eius officium spectant, ac cōmodum alienū. Menoc. de ar. iud. cas. 99. n. 17. Alios adducit D. Surd. conf. 7. n. 45. vo. 1. fecus si deponat ad eius exonerationem. Dec. conf. 56. & 84. Pacia. de probat. ca. 48. n. 27. lib. 1. vi. infra nu. 67. lit. V. Cephal. conf. 152. nu. 31. vo. 4. Soc. Jun. conf. 62. n. 6. vo. 2. Bar. in l. 1. §. Item Cornelio nu. 3. ff. de quest. Crauet. conf. 35. n. 6. Quartò, quid de affinibus, & regulariter omnes affines in ciuilibus admittuntur. 3. quest. 5. ca. absens. & ibi glo. communiter recepta, & 3. q. 8. & in c. accedens. vt lit. non contest. quæ glo. ponit differētias, est etiam tex. & gl. in l. lege Iulia. vbi Doc. ff. cod. & Alberic. d. tract. parte prima. n. 53. vi. Masca. de probat. conclu. 843. vo. 2. Ceterum in criminalibus cōmuniis opinio est, quod nō admittantur. d. ca. primo. 3. q. 5. & quia in nō nullis adeo est annexa mutua dilectio, & benevolentia, per quam suspitione non parent. Clar. q. 24. ver. Item affinis vi. infra nu. 67. lit. m. De affine vi. Farina. late d. opp. contu. test. q. 54. & quod affinis procuratoris admittitur, vi. eundem q. 60. num. 239. vbi alios allegat. Quinto quoā an maritus pro vel cōtra vxo. 54 rem, & econtra, testis esse possit. ista dubitatio sumitur, ex c. in literis. extra eod. vbi Fely. & ferè omnes Cano, concludunt, quod neuter admitti debeat, idem communiter legitæ, præsertim Bal. Cyn. Saly. & alij in l. 2. & in l. etiam. C. eod. Aret. in cap. cum oporteat. de accusat. & Doct. per gl. in l. 2. C. de test. quam veram dicit Clar. §. fi. q. 24. versic. quādo mo. 55 do. quicquid dicit Placen. Hinc est, quod propter nimiam dilectionem coniugū inter eos prohibentur donationes. to. tit. de dona. inter vir. & vxor. l. in rebus. C. de iure dot. & Instit. quib. alie. lic. vel non, vxor enim vna caro cū

dus de mala fortuna, que sunt domui attulit ministeria vilia, quibus in sudore vexatur, ut mundare latrinas, lauare homines, spazzare caminos, mangonizare lebetes, stagnare candelabros, refarcire rupta, & rumpere solida, & de quibusdam alijs, de quibus no. to. tit. naut. caupo. stabula, si diuinitum domui fortuna attulit aurum & argentum, laudent Deum diuites, & de eis soluant mercenarios, & eleemosinam faciat pauperibus. Non & isti viles artifices partem ciuitatis faciunt? vt inquit Arist. lib. 2. Politi. Nam ciuitas constat ex plebe, & populo. Instit. de iur. na. gen. & ci. §. plebs autem. cuilibet querere panem datum est eo meliori modo quo potest. Mala quidem consequentia fuit ista: est viles; ergo, vt infamis cum tortura debet admitti. quid enim aliud est infamia, quam nota quedam malorum operum, & verborum, vitam malam, habitu malo, quis ducens suspitione, & scandalo annexam, capit. ex litteris, & ibi glo. de homicid. sed vilem esse non refertur ad malos mores, quia compatibile est, quem G esse vilem, & probum. est tamen verum quod à communiter accidentibus huiusmodi personæ una cum vilitate sunt pauperes, de quibus dici solet non è virtù, che pouerū non guasti. Ideo minus creditur. & propterea in materia probationum argumentum à communiter accidentibus valde concludit. Bal. in l. conuenticulam, C. de episc. & cler. & plura per Euerar. in sua Cent. loco 56. & ideo in pauperibus & vilibus quibus regulariter non est credendum, fallit si sint personæ bona vocis & famæ, per supradicta, alioquin Pauperi non datur iuramentum in supplementū probationis, nec vigore statutum de damno dato, nisi expresse permisum sit. & multo minus pauperi creditur, quando sua culpa egenus factus est. Bal. in l. quis testium. extra de test. Paris. consil. 164. nu. 2. Illustissime. volum. 4. Spec. eo. tit. §. 1. versic. testis pauper. & paupertas semper nocet. Porc. in §. sed pauperes. instit. & Iuuenalis sat. 3. scribit, pauper pul-satus rogat; & pugnis concius adorat. vt etiam trad. Bart. in l. illicitas, §. fin. ff. de offic. press. & de fide danda personæ vili bona vocis & probitatis. vi. Mars. pract. §. Principium, num. 8. & 9. Menoch. de Arb. Iud. cas. 96. & de turpi persona. vi. Boss. in tit. de indi. sub nu. 151. & Blanc. de indic. num. 381. In summa infra scriptis sunt personæ quæ regulariter non admittuntur in testes, nisi cum tortura, vt supra per discutsum dictum fuit. Testis infamis, seu infamia iuris, seu facti. Socius criminis. Testis varius & vacillans circa substantialia. Fallit si sit in dignitate constitutus, quod est verum in alijs casibus preter exceptuatis. Persona vilis, sed hoc relinquatur arbitrio Iudicis. Suspecti quod nolint dicere veritatem. Verisimilia non deponentes. Lenones, Meretrices & huiusmodi, de quibus per Clar. q. 25. per to. vbi ait Iudicis arbitrio remittendum esse circa modum & qualitatē tortura. vi. infra in 5. par. sub num. 149. lit. E. & si testis huiusmodi plures alios defectus patetur, nec etiam cum tortura sit idoneus, vel aliter habilis, quia nec etiam cum tortura ei creditur. Mars. consil. 102. num. 12. testes verò minores 14. annis ferula ceduntur & manchi, seu debilitati igne pedibus torquentur. Clar. §. fi. q. 64. & q. dixi de vili, idem cōcludo de pauperi, vt pulchre explicat Menoch. de arbitri. iudic. cas. 96. c. 13. 2. secus si vna cū paupertate est male-

vita, & ita Bart. & sequaces d. ff. 2. in authen. de 107 test. credo intelligi debere. vi. etiam Farinac. eo. trac. q. 57. per to. vbi sola paupertas non est causa repellendi testem. tamen periculosa corrumpendi bonos mores, imparientibus: quisnam dī diues, & quis pauper habetur aptū eūdem Menoch. de arb. iud. cas. 55. & 56. cas. 106. qui oēs antiquos & mod. recenset, & qui non hēt D. Iacob. Menoch. virum doctissimum, & 108 modern. multo lumine caret. recurrat ad Bar. in l. si constante. nu. 14. vbi Alex. nu. 13. & Ias. nu. 144. sol. matr. & quæ nobilis, quæ illust. quæ 109 gravis persona dicatur prosequere eundē Me 110 noch. cas. 57. 58. & seq. Et quia superius firma ta est regula, quod nemo potest in cā propria ef 111 se testis, notandum est, quod quatuor modis causa dī propria, quos no. Bal. in l. dictantibus, C. de testa. idem in l. omnib. vbi Paul. de Cast. C. eo. & vide tex. in l. 2. & ibi glo. ff. quando appell. sit. tex. in c. biduum. vertic. in propria. 2. q. 6. Quero an fideiussor pro principali testis esse H posuit. dixi sup. p. 1. sub nu. 98. lit. & te vera ubi commodum vel incommodum sentitet, non est testis idoneus. d. l. nullus, ff. de test. & l. in omnibus, C. eo. remotis autem ijs duobus pōt esse testis vbi alia non concurrunt cause suspitionis. Cy. Bal. Ang. Saly. & Ias. in l. dictantibus. in fi. C. de testa. Mars. in rubr. de fideiussor. nu. 182. Anch. reg. q. 32. lib. 1. Alber. eo. de test. nu. 51. c. 3. Nell. nu. 33. Viui. com. op. in ver. testis fideiussor. Quid de interprete? & videtur testis idoneus. Bar. in l. 1. §. eadem. nu. 3. & 4. ff. de verb. obl. Alex. conf. 179. vol. 2. Gaspar. Caball. milleloq. 252. in prima par. vbi interpretē ait esse plusquam testem integrum si non adest cum eo alias cointerpretes. Docto. d. l. 1. de verb. obl. Gomes. eo. ti. vers. fi. col. 3. de ver. ob. & interpres est ille qui declarat verba vnius linguae in aliam. Bald. l. 3. C. de liber. præter. sed si alia de causa esset suspectus, vt quia affinis, vel magis Amicus vnius quam alterius, tunc tantā fidem non faceret, per supradictos Doct. vi. inf. nu. 128. in 3. par. Quid de mandatario contra mandantem? dico qd si non accepit mandatum ad delinquendum, sed duntaxat fuit requisitus, facit inditium. secundū Mars. pract. §. diligenter nu. 37. concurrenti alio administriculo sicut in scio criminis dictum est, quoad mandatum, non aut quo ad Delictū. Bal. conf. 97. an Mandatarius. vi. Clar. §. fin. q. 21. vers. dictū socij, in fi. & vers. ex hoc & sic probaretur mandatum præcedente querela & præsumptione aliqua. vi. Gab. com. concl. in verb. Assassinus nu. 25. in cā verità ciuili, vbi quis diceret de ordine Titij portas pecunia Mevio, iste probaret ad exonerationē debitoris, sed ipse remaneret illaqueatus. Viui. co. op. in verb. teste deponēte pro sui exoneratione. Rui. cōs. 105. n. 2. vol. 4. Alex. ad Bar. in l. differre. lit. C. de iur. fisc. ideo cautela erit, vt iste testis faciat prius sibi liberationē fieri à debitore à quo recepit pecunia, vt portaret Mevio, sed si detegetur ista liberatio videretur collusio inter mandatariū, & Debitorē, adeo quod non faceret fidem, quicquid dicit Tho. de Plo. ad Bar. d. l. differre. lit. D. de consensu aut ambaram partium non esset timendum. & mandatum probari pōt etiam per testes qn est deperditum instrumentum mandati. Mascal. de probat. conclu. 1011. vol. 2. vbi contrariam partē tenentes: ait consuetudine & melioribus rationibus fulciri. & approbari. vi. sup. in 3. par. sub nu. 328. lit. S.

112 Vnde quero etiam, an venditor pro emptore, cessionarius pro eo cui cedit, Proxeneta pro mercatoribus, creditor pro debitore, & huiusmodi, de quibus Eman. Soarez, recept. sent. in verb. testis idonei: nu. 185, cum mult. seq. testes esse possint, & econtra. breuiter dico, quod non nisi negotium attingat eos non principaliter, sed in consequentiam. prout tenent Doct. communitet omnes in l. omnibus. & in l. nullus. C. de test. simile dicitur de legatario, in §. legatarius. & ibi pulchre Faber. institu. de testa. pract. Pap. in for. opp. contr. test. glo. in facto proprio. Curt. d. tract. de test. concl. 4. Crot. n. 185. Boss. eod. n. 123. cum seq. Nep. à mont. Alb. idem. num. 10. & Lanfr. de Oria. n. 66. vbi in venditore loquitur, & distinguit iux. gl. in dicta l. in omnibus. aut vedor promisit de euictione, aut non, primo casu no admittitur, secundo casu sic, & quomodo quis 114 dicitur sentire commodum in consequentiam ponit Joan. Faber. d. §. legatarius. instit. de testa. & est gl. in l. si quis ita. ff. de rebus dub. Alex. conf. 175. col. 4. vol. 2. Didac. Couarru. in pract. ca. 8. Ioan. de Amic. con. 8. Viui. com. op. lib. 1. op. 352. & lib. 2. op. 293. qualiter au- L tem probetur emptio vi. Mascar. de probat. conclus. 609. nu. 4. & 22. vo. 1. Quid de proxeneta, & certe potest si vult, sed non compelliatur inter partes ipsas, quas concordauit tanquam bonus mediator, vel ad emendum, & vendendū, seu ad contrahēdum, vel distrahēdum, de quo plene in authen. de test. §. quoniā verò collat. 7. & Nep. à mont. eo. tract. de test. n. 120. vbi dicit id quod verum non est, vide licet, quod non possit esse testis, quia pretium accepit ab vtraque parte, quem declarat Frā. Curt. d. tract. concl. 43. n. 89. vbi Bart. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iur. fisc. allegat. & declarat, vt supra non compellitur, si ab altera tantum parte producatur, secus si de voluntate vtriusque. nam in ijs quae sunt M voluntariae iurisdictionis, possunt partes vel le & nolle. sicut. C. de oblig. & de proxeneta & mediatoribus, & similibus vi. Benintend. decisi. 61. vbi fauore alicuius cause priuilegia tæ, puta Matrimonij, dotis, & alimentorum, admittitur illa probatio que alias non admittetur. allegat. Bar. in l. admonendi. vers. Itē quero, quid si instrumentum. de iure iuran. Zaf. lib. 2. resp. 2. resp. 5. num. 48. Mascar. de probat. conclus. 1038. & seq. vol. 2. De Proxeneta vi. Farinac. tract. suo de test. quæ. 60. vbi ampliat. §. modis. & limitat. 19. modis. & q. 63. num. 93. vbi de teste Deponente in facto proprio. Nam ijs multum fidei tribuendum est si sint viti probi, & non acquirant commodum vel incommode ob eorum testimonium, & no potest veritas ab alijs haberi. De Abbat. & Rectore. pro Monasterio & eius administratore ij possunt esse testes, dummodo non sint Actores, vel saltem alias agat pro monasterio. quamuis dicatur in mādato, Abbas vel rector constituerunt talem procuratorem. Spe. eo. §. 1. vers. sed nunquid rector. Nell. eo. tract. num. 14. intellige quando abbas cum alijs de Monasterio constituerunt procuratorem, secus si solus Abbas constituit, quia causa sua vi detur. & ideo repellitur. per l. nullus. ff. de test. idem si ageretur causa mensa seu de bonis Mensis, & patrimonialibus; quia puto in sua causa diceretur testificari. quod non licet.

Ausfr. eod. tract. in primo de test. sed de causa comuni pro Monasterio possunt. De Abbat. vi. Farinac. d. tract. de test. q. 60. vbi ampliat 115 6. mo. & limitat alijs. 6. mo. Prosequendo quero etiam, an ille qui est de collegio, aut de capitulo, vel de vniuersitate, pro collegio, capitulo, aut pro vniuersitate testis esse possit; & regulariter huiusmodi personæ testes esse no possunt. secundum gl. in ca. perueniens. in fi. extra eod. & in l. in tantum de rerum diuisio. & in l. secunda. ff. quod quisque iur. & capitulo quos. 14. qu. estio. secunda Doct. in capitulo tertio, loco. de probat. quam declara procedere quando ex victoria commodum ipsis principaliter veniret. secus si in consequentiam, vt per Didac. à Couarru. d. ca. 8, & Io. de Amicis. dict. consilio octauo, numero 30. & Viui. com. opin. libro 1. opin. 352. & lib. 2. op. 293. Emanuel Soarez. recept. ient. Versiculo testes idonei. numero 210. Declara secundo non procedere in ijs quae sunt in capitulo, nec sciri possunt, nisi ab eisdemmet de capitulo, vt per Federic. Schenc. eo. tract. numero 29. pulchre Menoc. de arbitrio iud. cas. 106. nu. 1. & 2. lib. 2. car. 139. Mars. sing. 73. Plot. in l. si quando. C. vnde vi. numero 542. Docto. in l. quædam. §. vniuersitas. ff. de rerum diuisio. Firmia. in suo reperto in ver. testes qui. versi. 98. Curt. eo. tract. conclus. 3. numero vndecimo, tex. in l. quædo. §. si. C. de Edic. Diui. Adri. toll. Soc. reg. 515. & testes de vniuersitate siue laici siue ecclesiastici his duabus declarationibus præmissis probant. sicut de Vasallis pro Domino dicitur. Alex. conf. 68. viso. numero 17. vol. 2. Fulgos. consilio 174. Item testis qui eodem modo laborat aut consimilem habet causam repellitur à testimonio. cap. personas. de test. & in l. quoniā. C. eod. quod intelligo quando super facto in quo plures interuenient, examinaretur. quia ratione commodi vel affectionis diceretur suspectus. ita Io. An. in d. c. personas. ead. spec. eo. tit. §. 1. vers. item quod habere. & dic. vt sup. in ver. socius criminis. Verum si delictum esset diuiduum & se paratum vt in pluribus deferentibus sclop contra prohibiciones, tunc adiutatur, & de hoc vi. Alber. eo. tract. cap. quarto, vbi pulchre. sed in ijs quae extra capitulum solum, vel extra collegium, non sunt idonei testes. Bart. in dicta l. si hac lege. vbi tex. in §. qui in auctoritate. ff. de in ius voc. idem in l. in tantum. §. vniuersitates. ad quem tex. oamis animaduertant. de rerum diuis. quibus in locis dicunt Doct. aut negotiū tangit vniuersitatem vniuersitas, & non singulariter singulos de vniuersitate, & tunc quilibet testis esse potest; aut tangit principaliter commodium singulorum, de vniuersitate, & tunc nullus admittitur, quia in causa propria testimonium dare, pract. Pap. d. glo. in facto proprio. Firmit. in eius aur. repert. vers. 1. testis qui. numero 28. vbi plene, & Franc. Curt. eod. tract. conclus. 3. nu. 1. vbi pulchre. & Paris de Puri in tract. sind. ca. 3. vniuersitas. n. 1. vbi dicit, quod ne-gocium respiciens causam vniuersitatis, ita 116 dicitur causa omnium, & non singularium. Hinc est, quod ille qui est de vniuersitate in causa nemoru non est idoneus testis. Men. de arb. iu. d. cas. 106. n. 13. car. 139. fallit in probatis finibus, ut per Rui. conf. vi. n. 16. hisq. probatur. in c. 3. loco de probatio. Hic de Mota. tract.

tract. de finibus, capit. 57. & 58. vi. Carpa. super Statu Mediol. capit. 87. par. 1. vbi aliqua adducit in proposito. In causa autem criminali, si negotium aliquod de vniuersitate tangit, alij de vniuersitate testes adiuvicem esse possunt, quia per presumitur inter eos affectio, nisi evidenter testis magis amicus esset, vel forte sanguine proximior Socratis, quam Platonis. alias dicit: amicus Socrates, amicus Plato, magis amica veritas, ut est apud Aul. Gel. & an amicus pro amico sit testis idoneus, vi. Farinac. trac. de test. q. 55. nu. 114. car. 31. vbi recenser plurius Doct. op. & concludit pro parte affirmativa, dummodo sit omni exceptione maior vel ab alijs veritas habeti non possit, vel agatur de re leui. At si res agatur inter quosdam singulares de vniuersitate, & extraneos, posunt admitti, sed cum magna rectitudine, & vigilancia iudicis, ar. l. j. ff. si pars har. petat, si vero res agatur inter totam vniuersitatem, & extraneos distinguendum est, vt supra, & memoria mandandum in casibus, quibus iura non prohibent eos admitti, vt cum grano f. his admittantur. d. cap. superueniens. 14. q. 2. & 10. And. in c. nuntius. extra eod. Aret. Instit. de rerum diuis. §. 1. in princip. Petr. sanq. sing. 24. Felyn. dicto c. superueniens. & ibi Docto. nu. 7. Menoch. d. cas. N 106. n. 9. Et nota, quod si multi de vniuersitate vel maior pars congregaretur in consilio contra officialem ad remouendum illum quem non elegerunt, Nullus congregatorum in causa sindicatus erit testis idoneus contra dictum officialem. Patis de Put. in materia sindicatus. in verb. testis. c. 3. quia inimici reputantur: idem de querelantibus officialem dicit Bart. in l. post legatum. §. his vero. ff. de his quib. vt indig. name querelantes non debent nec possunt testificari contra illum super querela aliorum. Cepol. cat. tel. 40. quo ad testes de vniuersitate vi. Farinac. d. q. 60. de test. nu. 450 451. car. 117. cum multis seq. similiter carcerati ab aliquo iudice non sunt idonei testes. contra illum Bertazol. consil. 71. num. 11. Grammat. conf. 46. Mascard. de prob. conclu. 899. nu. 22. D. Menoc. de presumpt. lib. 5. presumpt. 42. n. 17. & in probanda subornatione & corruptela, & testes carcerati contra carceratum subornatum probant, per ea, quae dixi. nu. 97. sub lit. B. vi. Farinac. de test. q. 56. sub n. 180. & in summa nota, quod testes inhabiles evidenti, vel notoria inhabilitate, vt ceci, surdi, foeminae impuberces, Hæbrei signum croceum portantes, serui quos sceleros appellamus, & similares, qui visu, & verbo, & habitu, non sunt inhabiles rei sciendi sunt parte opponentes: illi vero qui ob delicta vel virtutem eorum, & pessimas qualitates exceptiones huiusmodi patiuntur, vt Assassini, Hæretici, Excommunicati, & inimici, & similes, etiam parte non opponente rei sciendi possunt. Gomes. var. resolut. tit. de Prob. delict. c. 12. n. 22. 10. 3. Affines vero, & nimium familiares & huiusmodi, nequam possunt a iudice sine partis oppositione respici. Fel. in c. intimauit col. 4. de test. 10. And. ad Spec. §. 1. versi. sed quid si. Crot. eo. trac. p. 3. n. 40. vi. quæ dixi, sup. & per Farinac. eo. tit. q. 60. car. 88. D. quoniam Carol. pater meus Resp. 20. & Rel. 21. & 18. vi. inf. numero 218. & nota diabolica. cautelato, quod si quis videt suum inimicum associatum, quemque insultare armis velit, & feriat, poterit utique leviter prouocare dictum consocium, ne posita contra illum testifican-

do valeat eius dictum. De creditore, cedentes, legatio, debitore, fideiussore, & similibus idem dicitur; quando commodum in quandam consequentiam venit. Crot. de testim. numero centesimo octuagesimo quinto, cum sequent. & in causa criminali admittuntur in practica, maxime quando veritas ab alijs haberti non potest, & sufficit quod alij ibidem non adfuerint, reiecta a consuetudine illa opinione, quod actu & habitu, & in potentia adesse non potuerint.

119 Quatenus autem testim. dicta reprobantur non respectu personæ, obiectu quod sint singulares, varij, vacillantes, contrariaj, minusque legitimè recepti, sine iuramento, non citata parte, & non publicati, nec didiciti testificatis: vel quia post terminum fuerunt recepti, aut non rogati, vbi opus erat iux. tex. in l. rogati Cod. eodem.

120 Publicatio etenim processus est de ordine iudicij, apud Marant. Specul. aur. actu. 11. par. 6. pract. Stiact. cap. 28. nume. 23. Barto. & Docto. in l. prolatam, C. de sentent. & Pract. Pap. in for.

121 public. iest. & ibi habentur requisita ad talem publicationem. quæ licet in summa alijs non sit necessaria, tamen si à parte petatur, non debet omitti. vt tradit Barto. in extraug. ad reprim. in versic. & figura in tertia columna quem ita debet intelligi, inquit Marant. de ord. iud. distinctione. 9. nume. 22. & Fely. in capitu. cum l. & A. 122 colum. 2. & iudex faceret litem suam si petenti denegaret publicationem, nihilominus ea non 123 obstante sententia valet, si à parte appellatum non erit à tali non admissione publicationis. pract. Stiac. dicto capitulo 18. numero 31. cum sequen. optime Sebast. Vant. de nullit. ex defectu. proces. numero 40. & licet Menoch. de arbitri. iudic. quæstio. 33. dicat magis communem esse, quod publicatio non sit de substantia iudicij, tamen si petatur non est deneganda. Marant. vbi supra numero 28. in 2. par. Vant. vbi supra d. num. 40. mox allegatus. Et publicatio testimoni non potest peti nisi ab ea parte quæ testes produxit. Nell. eod. tract. nume. 121. & ideo tertius pro suo interesse non potest obtinere, vt ad eius instantiam publicatio fiat. Fely. in capit. constitutus de test. D. Pater meus, Respon. 78. Socin. Iunio. consil. 34. nume. 5. par. 1. Et si testes vnius partis fuerint prius sic instanti parte publicati, utique poterunt publicari alia vice, aliquando testes post primos receivedos. Marant. de ord. iud. par. 6. actu 11. num. 5. & 6. & sequen. & termino transacto publicandi testes, altera pars non poterit obtinere, vt eius capitula admittantur, si iam publicati testimoni aduersi. partis etiunt didicita testificata. Octavi. Pedamont. decis. 22. nume. 6. & publicatio nulliter facta, non impedit examen ad ulteriora, vt supra dixi in secunda par. sub numero 51. nec ligat iudicem quando potest ex officio procedere, quominus etiam alios testes non recipiat in criminalibus. Bal. in l. data opera. numero quinquagesimo sexto, ff. qui accusa. non pos. & si pars in calculo ferenda sententia petuerit publicationem testimoni, quæ tempore congruo petere neglexerit, nihilominus concedi debet, quia secundum magis commun. opin. publicatio respectu partium est de ordine iustitiae, & non de ordine formalis iudicij. Innoc. in c. cum l. & A. & ibi etiam Fely. de re iud. & ibi Can. Vant. de nullita. ex defect. processus. num. 40.

& quo quis modo procedatur, cum quibuscunq; clausulis, circucriptis, stauris, semper debet fieri publicatio parte instanti. Marant. dist. 9. nu. 22. Menoch. de arb. q. 33. & à denegata publicatione, vt à denegata iustitia quandocunq; appellari potest ante sententiam. Bart. & alij. in l. probatum. C. de sent. & interloc. om. iud. Rip. Resp. 1. n. 3. de const. & statu. & si non fuerit appellatum: nihilominus sententia valebit. Ancha. cons. 53. Guid. Pap. quæst. 185. & sententia lata non vñis testibus ob negligentiam partis, non erit nulla, secus si ob negligentiam iudicis. Rip. d. Resp. 1. nu. 9. Gab. de test. concl. 21. Nō tamen poterit quidquam contra dictos testes probari, eo in tempore, si in calculo ferenda sententia, nisi facto iudicis pars impedita fuit. Gabr. d. concl. 21. de test. secus si culpa sua pars negligens fuerit per se aut per alium facere, & curare ea quæ debet. l. 1. ff. de diuers. temp. præscrip. D. Menoc. de arb. iud. cas. 118. num. 7. At vbi sola facti veritate inspecta procederetur, mora partis, non noceret. Bar. in extraug. ad repr. in ver. si ne figura. Vant. de nullit. ex defect. process. n. 48. Doct. in l. præposteri. C. de test. & in proposito huius publicationis alia potest solvi questio, nam si quis querelatus fuerit pendente processu, & ante publicationem processus à Principe liberatus fuerit ex gratia, iste non poterit postea obtainere publicari processum, vt quia velit arguere testes contra ipsum de falso, ex quo ordo præ posteratus est. no. gl. in §. item si quis. Inst. de inut. stip. Indulgentia enim principis non debet in consequentiam trahi. cap. q; ob gratiam. de regu. iur. & ipse seruauit in cœla Bosisij, & Pauanelæ, De anno 1598. Mant. pos sent adduci alia rationes, quas studioso iudici relinquo. Notandum est etiam, quod si pars cō senserit testium publicationi ab aduersa parte productorum, si tales testes non fuerint rite, re-cteq; recepti vt debuere, deficit ordo iuris, qui per cōsensum partium haud mutari potest. Innoc. in c. cum causam de test. & in c. significavit. sic ait Ias. in l. patre furioso. nu. 25. ff. de ijs, qui sunt sui vel alie. iu. & quando fuerit ex causa alteri commissum examen testium secundū ea quæ dixi. sub. nu. 116. & 120. in 5. p. publicationem est fienda a iudice cause. Bern. Roch. in d. eius præt. lib. 4. de publ. test. Et quia sunt aliqui iudices qui argum. l. incivile. de leg. sunt adeo scrupulosi quod negant fieri publicationem processus, nisi prius euacuato toto processu, & eo magis inualescunt. Actuarij audi allegantes adhuc examinandos fore alios testes in processu nominatos, ideo si satis probatum sit per paucos, pro vt religioni iudicis videbitur iux. tex. in l. 3. de test. & c. iudicantem. 30. q. 5. tunc superfluum erit reiiciendum, pro vt dixi. in secunda p. n. 45. & 46. Sic quando iudex in obscuris vagaret circa remota, si antequam cæteri testes remoti examinentur aperta erit via conuolandi ad proxima indititia, nō curabit, de dictis testibus remotis. ar. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. & facit tex. in l. propter. C. de iud. & vide D. Aegid. Bosis. in tit. de publ. processuum. n. 2. vbi dicit, quod prædicti 123 ca est, vt processus publicetur, & detur copia indicitorum, aliter denegarentur Reo defensiones, & debet dati copia tam substantialium processus, quam emergentium, & totius processus quādū fuit petita, & ideo totus processus est publicandus, & pars debet citari alias nō valeret

Soc. tract. de citat. art. 7. nu. 17. vbi vide. & debet apponi dies, Mēsis & annus. Bernat. Roch. in sua præt. lib. 4. de publicat. test. vbi qua hīc defunt breuiter inuenies. Veruntamen assalnis, publicis latronibus & illis qui publica iniuria notari sunt, non cogitur iudex date copiā inditorum. quinimmo denegari potest. Patrocinium. sic aug. ad Ang. in veib. fania publica. nu. 37. Tiraq. de penult. mitig. cauſ. 49. n. 30. & Cano. in c. qualiter & quando de accus. item si à statuto permittatur procedi ex mero officio. secundum Ang. in l. si vacantia. C. de bo. vacat. item quādū proceditur ad denuntiam sindici, item nisi captus sit homo mala famæ, de quo mox dixi, non est huic danda copia de mala fama, sed aliorum inditorum sic de quibus add. ad Saly. in d. l. de tormentis. n. 9. lit. H. & de veritate omnium videndi sunt Doct. per eum adduct. Ceterum omnibus miserabilibus personis est copiam non pertinentibus aquum est ea dati, ita Bajar. ad Clar. q. 49. ver. & adde. nu. 9. vbi in hac materia publicati processus allegat. Bettazol. in cons. 130. & add. & n. 11. ait dati copiā etiam tertio petenti pro suo interesse, sed hoc in causa civili, sed in criminali non datur nisi se constituant; immo copia inditorum non datur Reis qñ iudex habet arbitrium latum procedēdi. de quo inf. latius dicam in tract. de Brachio regio. Nec datur copia quarundam institutio-num iudicii datarum ad eum informandū. Alfin. in eius præc. c. 22. vers. præcedens conclusio, sicuti non datur copia interrogatoriū per gl. not. in 2. in ver. interrogatoria de test. in 6. & re net Ias. d. l. 2. nu. 5. C. de eden. Bal. in l. data ope ra. nu. 19. C. qui accus. non pos. Nec nominum testimoniū ante aperturam, Dec. & alij in l. 2. C. de eden. sed fui eiusdem opinionis. Bajar. ad Clar. d. q. 49. n. 45. vbi copiam examinum de subornatione testium dandam esse existimai si petatur, ne auferantur reo defensiones, sed verum in suo casu dicit Vulpel. in cons. 102. a. Bajar. redarguius, casu, quo suspenderetur causa principalis ob cognitionē falsitatis, qua cognita procederetur ad vñteriora, & simul postea iudicium sequi deberet; ar. eorum quæ dicuntur de cōuētione & reconuentione, de quib. apud Maran. de or. iud. in 4. par. distin. 6. vbi late sed si causa subornationis tractaretur separatim, & principaliter post causam principalem finitam; tunc si qui produxit testem non fuit iudicialeiter petitus, seu interpellatus iux. ea quæ dixi. in 3. parte sub numero 69. vel in hac causa subornationis nō sit vocatus, sed actor agere intentat tantum contra testes, tunc non dabitus copia dicitur producenti, quia nihil ad eum, per supradicta, nisi forte esset Procurator, vel Aduocatus Doctor. in dicto capitulo qualiter, & quando de accus. vel de suo interesse in consequentiam tractaretur, & ratio cur non sit etiam danda copia subornationis Reo, ea est quia si iudex quo ad subornationem non procedat contra Reum, sed ob delictum tantum pro quo illum Reum constituit tunc non tenetur; sic intelligendus Vulpel. dicto consilio centesimo secundo, numero quinto, & ita dicit Iul. Corbel. à sancto Mattino in eius subscriptione quam facit apud. dict. consil. 102. Vulpel. Item scias quod Reus confrontatus cum testibus, nō potest dolere quod publicatio ei facta non sit; secundum Bart. in extraug. ad repr. in verb. & figura vbi vide. Nam dicit rebus non publicatis, non pos-

se eorum personam , & dicta impugnari. Notarius vero non cogitur copiam dare attestacionum nisi debita mercede soluta. doct. in L. argentarius, ff. de eden. nec potest eam dare, sine mandato Iudicis. Bal. 1. cap. & doct. in l. 2. C. de eden. & si pluries pars copiam voluerit toties soluta debita mercede dari debet. Castr. in l. vel. Iuri. §. hæc vox eo. tit. & quid in Notario archivij publici vi. Bal. io Rubr. C. de fid. instr. Tandem in materia editionis copia in practica iuridice seruatq; sive de principali, sive de emer gentibus copia petatur dari debet, quād iudex , aut fiscus vult eis vt contra Reum, sed si vii nō lit de eo , quod vii non vult non tenetur edere copiam, per l. fi. & Doct. in l. 1. §. editiones, C. de eden. & pulcrè: sed consil. Vulp. 102. Corbel. & captio in fraganti criminis copia inditorum non datur secundum Bal. in l. vt vim, ff. de iust. & iur. vt per Doct. & præcipue Bart. in l. 2. C. de eden. in 2. lectura, & non est dubium , quod in ciuilibus causis publicatio fieri practicatur, at in criminalibus publicatio processus offensiui omnino est necessaria, sed publicatio processus defensiu non est de substantia , quoniā acta sunt semper nota illi, penes quem, seu cotam quo facta sunt, vt firmat Clar. §. fi. quæst. 61. in princ. & vide Spec. eo. tit. nostro. §. 8. satis utiliter , & compendiose, & per quæ verba fiat. vide Pract. Pap. in for. public. & Pract. Stiac. vbi supra. Nocitandum est etiam quod publicatio testimoniū nō est semper necessaria, nisi petatur , vt in causis summaris. Affl. super const. Regn. Rubr. 8. num. 45. lib. 1. Marant. d. Distinct. 9. num. 22. D. Menoch. de arbit. iud. quæst. 33. per rot. Nec quando partibus præsentibus sunt testes examinati. Marant. par. 6. artic. 11. num. 7. Nec etiam quando testes possunt examinari lit. non contestata. vt not. Ias. in d. l. 2. num. 21. C. de eden. & in materia publicationis vi. adductos per Carpa. super Statu. Mediol. cap. 22. num. 142. cum seq. p. 1. vbi si testes non fuerint publicati in prima instantia , & dixi supra in antecedentia par. cir. fi. sunt tamen statuta per Italiam ex quibus absque alia solemnitate, vel sine partis instantia testes ipso iure intelliguntur publicati transacto certo limitato termino . quibus stantibus rescantur multæ questiones, & disputationes circa publicationem testimoniū . Redicendo modo, & singulariter de singulis obiectionibus supradictis loquendo amplector , primo testimoniū singularitatem : vnde sciendum est , quod testes dicuntur singulares, quando scilicet alium, non habent contesterem. ca. quoties. de test. & l. iusurandum, ff. eod. item quando unus depositus circa idem factum de uno, & alius de alio , non tamen ad eundem finem . exemplū ponit glo. in cap. nihilominus. 3. q. 9. & tradit Abb. in consil. 42. colum. 2. volum. 1. Bal. & Docto. in l. qui sententiam, C. de pen. Butr. in capit. cum oporteat. vbi latè, & distincte, de accusatio. Et multa exempla ponit Berna. Roc. in d. pract. lib. 4. de testibus singularibus, & testes qui nullo modo coniungi possunt circa punctum de quo queritur, dicuntur singulares. Corad. pract. de preto. tit. de test. sed testes dicuntur contestes quando tendunt ad eundem finem in substantia subiecti de quo queritur, licet per diversa verba. Bal. in rubr. de Controuer. inuestit. & in l. testimoniū, C. de test. colum. 1. 2. & 3. Marsil. in rubr. de Controuer. inuestit. & in l. testimoniū, C. de test. colum. 1. 2. & 3. Marsil. in rubr. de prob.

num. 355. & 356. ideò quando habent alium contesterem, concurrentē in eius dicto, idem ferre deponentem , dicuntur contestes, sed si per eundem iuris sermonem deponant, tunc tanquam suspecti reiiciendi veniunt, vt dixi , & in dubio testes præsumuntur contestes in illis casibus, videlicet in quibus pluralitas non præsumitur. Cephal. consil. 250. in secundo volum. etiam quod non faciat mentionem alterius testis. Surd. consil. 273. num. 47. volum. 2. & consil. 12. num. 42. consil. 44. num. 9. vol. 1. Aimo. consil. 151. num. 15. Item si quid probandum est in genere per testes singulares probari poterit . 126 Rimin. in consil. 85. volum. 2. & dicam infra 222. & est duplex singularitas una obstatua, quando scilicet agitur de probando aliquo actu in specie, & instantaneo, in quo casu etiā quoddam ambo testes, vel plures dicant (puta) vidisse per simulam aliquid fieri , & non possint simul & semel videre, sed unus post alium, tunc non dicuntur singulares, quemadmodum in facto quod fieri nequit uno instanti, sed per temporis spatium, tunc si unus primo aduenit, alter successivus venerit , & sic unus vidit principium , alter medium, & alter finem, non dicuntur singulares Goines. var. resol. tit. de prob. Delic. cap. 12. num. 12. Quia deponunt super actu successivo , & instantaneo. Crot. de test. nu. 551. dicam infra nu. 138. vi. Gramm. decisio. 34. nu. 35. Crau. consil. 35. num. 6. Nat. consil. 369. in fi. Rimin. Iunio. consil. 359. nu. 4. volum. 4. Angel. in consil. 3. num. 3. vbi si concordant in facto licet discordent in tempore, quia unus diceret de medio die, alter de nocte, tunc non coniungerentur , & vi. supradictos Doctor. distinguentes quando coniunguntur tantum ad procedendum, seu ad torturam, & quando ad condemnandum in causa criminali, & infra, sub nume. 138. prope fin. quando cōpatiuntur ad evitandum periculum . Sed in ciuili valeret coniunctio coadiuta iuramento suppletorio de quo Affl. Decis. 36. & 48. Capic. decisio. 35. D. Menoch. de arbit. iud. cas. 72. quod iuramentum conceditur personæ quæ sit legalis; idem Menoch. cas. 190. num. 12. secus si actor in alio fuerit periculus . Affl. d. decis. 39. & persona testis adeo legalis & probata vita. ille potest verisimilia deponēs, quod Index credens indubitanter veritatem dicere non curabit , quod sit testis singularis, sed singulariter iudicare poterit. Castr. in l. admonendi, ff. de iur. iura. Mars. sing. 114. Paris. consil. 57. colum. fin. volum. 1. Soci. iunio. consil. 32. vt præsentis consultationis, nu. 19. vol. 2. vi. inf. sub num. 222. Alia est administrativa, quando tractatur de actu in genere probando, qui sit reiterabilis , & hoc casu dictum testis licet aliquo respectu singularis administratur alteri, & cu eo coniungitur ad probandum . verba sunt Soc. iun. in consil. 99. col. 2. vol. 2. quem refert Rimi. consil. 7. vol. Moder. in l. admonendi. de iur. iura. Crot. tract. de test. nu. 316. vers. prima concl. ubi 127 dicit ponendo regulam negativam, videlicet, quod testes singulares nullo modo probant. d. l. iusurandi, C. co. c. licet causam. de prob. Ceph. consil. 141. nu. 12. Vnu. cō. op. lib. 1. op. 340. Emanuel Soarez. recep. sent. vnu. testes sing. nu. 115. quæ opinio est procedit, si agatur de conuincendo aliquo de virtutate prauitate. Federi. de Sen. consil. 63. Butr. in cap. cum oporteat. de accusatio. Alexan. consil. 72. volum. 1. Ampliatur etiam

procedere quando probarentur aliquæ causæ, ex quibus resultaret multiplicatio alicuius rei, exemplum de miraculis. Alexan.d.conf.72. & confi.100. qui omnino est videndum. Ampliatur etiam quādo singularitas versatur circa medium, ex quibus medijs, extrema coniunguntur ad individuum totum probandum, ut per Bal. in l. si quis ex argentarijs, §. primo, ff. de eden. & Butr. dicto cap. cum oporteat, vid. sup. in 3.p. O num. 116. Mars. in rubr. de proba. num. 355. & 356. mox relatus sup. lit. P. sed in causa ciuili si unus testis concludat de veritate, ut quia vidit, audiuit, & præsens fuit, tunc si alter deponat de fama tantum, hoc ad minorem coadiuat ita & taliter quod ex ijs duobus testibus sit plena probatio. Affic. decisi. 337. num. 4. & non dicuntur singulares; quia concurrit ratio virtusque Marsi. in sua pract. §. diligenter. nu. 9. cum seq. Mascal. de probat. conclus. 379. num. 8. par. 1. 128 Boff. de conuict. sub num. 17. Fallit priwo, quando probaretur aliquid in genere tendentibus testium depositionibus ad eundem finem, ut per Doct. mox allegat. in d. l. qui sententiæ. C. de pœn. & Riminald. d. conf. 7. num. 91. vol. 1. & Soc. d. conf. 90. vol. 2. Alex. conf. 53. vol. 1. Cephal. conf. 141. nu. 2. Ctauet. de antiqu. temp. par. 4. sub num. 157. versi. & quod singularitas. Bal. in cap. cum causam. de appell. Boer. decisi. 23. num. 44. fol. 62. Alexand. confi. 85. viso themate. volum. 2. vt puta in probando legatum, seu debitum in genere sine expressione quantitatis. Bald. in l. penul. C. de sent. fin. cer. quanti. quando est legatum vniuersale, aut debitum de rebus emptis, sed de quantitate testes non depontant: quia vel non recordantur, quavis memoriam habere debent, l. qui tabularum, ff. de fur. vel quia audierunt Titium confiteri se esse debitorum Sempronij, sed de qua re, vel quantitate non depontunt, quo casu hæc probatio quamvis generalis transfert onus probandi contrarium in negantem debitum Doctor. in l. qui accusare, C. de eden. & in cap. in præsentia. de probat. Mascal. de probat. conclus. ccc. item si est probandum adulterium, quem esse furiosum, vsuma, fama, iurisdictio, dominium, hæresis, possessio, infamia, & ijs similia. Nam genus constat ex pluribus speciebus & particularibus, ideo licet testes deponant de diversis actibus, tamen quia huiusmodi actus tendunt ad eundem finem, & ad probationem vnius generis non repelluntur tanquam singulares. Barto. in l. ob carmen, §. fi. de test. Bal. in l. de quibus. colum. penul. ff. de leg. & alios quos videre potes in tract. co. op. rubr. de prob. cap. 30. lo. 6. ite testes singulares probant de minori summa, si deponant aliquid de maiori. Cotin. confil. 181. num. 60. lib. 2. Dec. conf. 10. num. 4. vi. vbi sup. in co. op. d. c. 30. de prob. Fallit secundo, quando testis singularis deponit super actu reiterabili, dum modo circa eundem finem deponat, licet in particularibus secus. Soc. d. confi. 99. nu. 15. & seq. vol. 2. Alex. d. confi. 53. & Riminal. d. conf. 7. num. 104. Doctor. post glo. in l. ob carmen. §. si testes. ff. de test. Tertio fallit ratione officij, dignitatis, & honestatis, de quibus singularis, & plene per Menoch. de arbit. iudic. cas. 92. car. 133. Marsil. diligenter. num. 17. Quartio fallit in crim. l. s. Maiest. Crot. eo. tract. par. 7. num. 335. Anc. confil. 240. & Crot. num. 97. p. 4. idem in alijs criminibus exceptis. Et sciendum est, quod licet testes singulares plene non

probant, tamen iudici aperiunt viam ad inducendam præsumptionem. glo. in cap. nuper. extra de test. Mars. conf. 1. num. 25. & vide Spec. eod. tit. §. de numero testium. vbi ponit. 30. causas in quibus statur dicto vnius tantum, & quoniam ista materia singularitatis testium est admodum quotidiana, ut facilius adipisci possit allego doctissimum Bal. in dicta l. testium. nu. 14. vbi exemplificat, C. eod. ad quem est recurrendum, qui ponit decem prædicamenta circa 130 quæ tota testium singularitas versatur, & ultra ea quæ superius dicta sunt, & circa substantiam, qualitatem, quantitatem, locum, & tempus, quoties rationabilis potest sequi cōcordia etiam in proprio verba, testes, qui prima facie videntur singulares, possunt tanquam coadiuvantes alter alterum admitti, & eis credendum erit. Bal. d. l. testium per tot. vbi docet modum reconciliandi testes, C. de test. No. est, quod singularitas bifarie consideratur, uno modo ablativa, id est quæ non habetur in consideratione, alij dicunt obstat, ut supra dixi, quia fides non adhibetur, exemplum de testibus Susanæ. de quo tex. in cap. 19. Gen. extra de electio. altero modo dicitur administrativa, ut iam dictum est, quæ semiplena probationem facit, & adiuncta cum alia semiplena sit plena, de quo vide etiam Fran. Cur. eod. tract. concl. 46. & Albert. de Malet. cap. 1. num. 32. exempla sunt, si quis voluerit probare quem fuisse homicidum, unus testis dicit, vulnerasse punctum, alijs cœsim, unus in domo, alius extra domum, & sic de singulis, quomodounque sit, coniunguntur ad probandum homicidium. Nam constat de homicidio, constat etiam de occidente, qui pluribus vulneribus occidit, incipiendo fortasse ext. domum, & insequendo intus domum que occidit. vi. Bru. in tract. de indic. & tortu. q. 2. n. 5. vbi quando testes singulares essent notæ auctoritatis & dignitatis iudex non curat de singularitate. Castr. in l. Lucius. ff. de infam. secus si deponerent contra virum bonæ vocis. Bru. num. 7. vt per Bald. dicta l. de quibus. ff. de leg. 131 & l. testium. ff. co. Non enim attenditur modus, dum factum uniformiter probatum est, per modum difformem, at. l. 3. C. de institu. & substit. sed quando per modum, & tempus, vel per alterum, ex decem prædicamentis, quæ ponit Bald. in dicta l. testium, esset aliqua inter testes discrepancia, ex qua pars aggrauaretur, tunc iudex animaduertere debet, ne nimis proflus, & festinanter credit, ut admonet Abb. in cap. 132 ex parte. n. 8. versi. adde quartum, de test. Nā nihil potest prudentius fieri, quam quod pede plumbato, maturoque consilio fit. Neuizan. in Sylua. nupt. fol. 230. Luc. de pœn. in l. is tantummodo. C. de cursu publ. lib. 12. Et præcipitatio dicitur ruina ornonum rerum, & dicitur nouera iustitia. cle. pastoralis. de re iu. & vi. omnino. Benedic. in d. c. Rayn. vers. mortuo ita quæ restatore, il primo, num. 198. & 199. & in Principe est destiucto populorum, sicut est prima impressio, à qua Deus omnes subiectos liberet. dicam inf. de Brachio Regio. nec est dubium, quin qualitates valde aggrauant delictum, ut plene supra in prima parte, secundæ partis tetigunt circa animi deliberati qualitates, num. 263. et qui in qualitate se fundat probare debet quādo est facti. l. in belli. §. facti. ff. de capt. & postli. reue. Cauaca. decis. 23. nu. 21. decis. 24. nu. 5. p. 1. vid. in reper. de Brach. Reg. in verb. qualitas; si ve-

130 est qualitas iuris deberi allegari, & ostendi. l.  
illicitas. §. veritas. ff. de offi. præc. & semper no  
135 tandem est, quod mille singularitates minus  
probant, quam vnicus testis, qui cum adiuncto  
ad eundem finem coniungeretur, ad plenā pro  
bationem fiendam. secundum Bart. Bal. Alex.  
Ias. Caccialup. & omnes Repet. in l. admonen  
di. ff. de iuri. iura. Sicut nec mille scripturarū pri  
uatae probant. Marl. sing. præct. §. diligenter. nu  
136 15. & 16. Hinc traditur cautela quam seduli,  
& pernigiles procuratores, & causidici seruāt,  
si habent plures testes, & omnes singulares, nō  
producunt nisi vnum bonum testimoniū tantum,  
& de melioribus, ne concursu aliorum destrua  
tur, quod probare volunt: nam etiam aliud in  
conueniens nasceretur, quod non posset ei de  
137 ferri instrumentum suppletorium, sicuti posset  
producent vnicum testimoniū, vt cōmuniter te  
nent Doct. in d. l. admonendi. & Bal. in dicta l.  
138 de quibus. de leg. & etiam, quia fides vnius te  
stis singularis debilitare posset fidem alterius,  
vt refert Bar. Soc. in dicto cons. 99. num. 2. vol.  
2. Dec. cons. 133. viso processu. colum. 3. & vide  
omnino Crot. eo. trac. num. 3 18. & seq. & Soc.  
in reg. 2. fallen 74. Felyn. in cap. quoties. eo. tit.  
Alex. d. consi. 100. volum. 1. Pau. de Cast. consi.  
93. in fi. & consi. 133. & latissime D. Riminal.  
d. consi. 7. per to. in secunda par. sed fides vnius  
testis inhabilis posset adiuuari per fidem alte  
rius testis idonei, vt per add. ad Dyn. in regula  
utile per inutile. in 6. Bald. in l. si quis. §. quid  
enim, & ibi Bologn. C. de eden. vbi inferunt  
etiam ad duos notarios, vnum habilem tantū,  
qui ambo rogati sint, quod valet nihilominus  
scriptura. & in practica nota, quod testes depo  
nentes super aliquo negotio seu re vniuersali  
quamvis deponant super diuersis actibus, qui  
tamen ad eundem finem tendunt, vt si in causa  
possessionis, vnu dicat vidisse se in altera re  
colligi, vel in causa Homicidij vnu dicat vidis  
se admittere cæsim alter punctum, hoc in casu  
coniunguntur, nec dicuntur singulares. Cepha.  
cons. 250. num. 33. cum seq. & Bal. d. l. testium.  
C. de tef. & testis vnicus qui facit tantū ex eius  
dicto presumptionem in personam, vel in rem,  
fidem non facit; nec etiam in causa priuilegia  
ta quando alias patiuntur exceptiones. Cephal. d.  
cons. 250. num. 53. a pperit tantum viam iudi  
ci, vt sup. num. 128. vi. Soc. in consi. 32. volum.  
2. Marl. in sua pract. §. diligenter. num. 17. Pra  
terea solet dicti distingue tempora & concorda  
bis testes, & in actu reiterabili pura Adulterio,  
Blasphemia, Vsurā, & similibus, vt etiā in fur  
tis, possunt testes facilime reduci ad concordiam,  
quæ sit super diuersitate actuum, non quod per  
eam integra remaneat probatio, sed ad euitandum  
periculum. Io. And. Addit. ad Spe. §. nunc  
de interrogatorijs. & Guid. Pap. in l. apud Anti  
quos. num. 1. de fur. Sed in actu non reiterabili  
concordia difficilime fit, vt in Homicidio,  
nam testes discordantes non probant. cap. cum  
causam. de test. & in cap. qualiter & quando. de  
Accusat. spec. d. §. iam de interrogatorijs. versi.  
quid si vnu testis. Nihilominus, si rixa dur  
auit, potest esse quod vnu testis viderit initium, al  
ter, medium, & tertius finem, quādo quis mor  
tuus remansit, vt dixi supra sub num. 126. & sic  
distinguendo horam & modum cōcordari pos  
sunt: testes. d. l. apud Antiquos vbi Guid. PP.  
de fur. Item concordia poterit etiam fieri circa  
depositionem vnius testis ne videatur contra

rius, vt inf. dicetur. Ant. d. cœcum tu. de test. Ca  
pell. rolos. decis. 11. & ibi Addit. & iudex omni  
no concordare curabit saltem ad euitandum per  
iculum. vi. Doct. in repet. l. si quis pro empto  
re. ff. de vscap. Tandem in materia singulari  
tatis testium vi. D. Farinac. de test. q. 64. per to.  
vbi per testes singulares probant aliquid in ge  
nere, & quod ex diuersis actibus sit, vt iurisdi  
ctio. possessio. solutio publicarum functionum,  
consuetudo, vslus, stlus, vsura, hæresis, crimen  
lēs. maiest. vita in honesta. meretrictum, adulte  
rium; & alia delicta carnalia. Dolus, symonia,  
Ming, Metus, Scutitia, societas; habitatio, mala  
fides. Barataria, Fama, infamia, Scientia, Con  
fessio, furor, consanguinitas, eras, amor, filiatio,  
christianitas, iudaismus, blasphemia, rumor,  
Iis, Rixa, & alia quæ non sunt scripta. Nam ea  
quæ fiunt per diuersos actus, & sunt reiterabili  
les per testes singulares probantur. pulcrè Gabriel.  
10. conclu. 2. de test. & Doct. dant etiam  
exemplum in probanda celebratione Missæ, vt  
si vnu testis deponat de epistola, alter de euangeli  
o, aliud de praefatio. vt per soc. reg. 252. iura  
139 menium. versi. fallit 67. Secundò, principali  
ter testes varij dicuntur, quando quis testifican  
do dicit vnum, & postea totū diuersum. l. eos.  
ff. de fal. non assignando bonam causam quare  
a primo dicto discesserit, pura dixit primo te  
stis interfuisse alicui actui, in tali loco, & die,  
sed in secundo dicto deponit ea die alibi fuisse,  
ita exemplificat etiam Marc. Ant. Blanc. in re  
pet. l. fin. ff. de quest. num. 264. vbi etiam dicit,  
140 quod vacillantes dicuntur testes, quarto du  
bitando, tremendo, & ferè exuta propositum ex  
eunt, quo casu possent tormentis subiici. Marl.  
sing. 103. & Boff. in ti. de tortura testium. n. 27.  
quod procedere (inquit) si super negocio prin  
cipali, & magna importantiæ vacillarent, & n.  
141 16. & 17. vbi videatur etiam distinguere inter  
vacillare, & variare, & idem videtur velle Inn.  
in cap. præterea. in fin. de test. cog. tandem Boff.  
sub num. 21. dicir, quod in practica, vnum pro  
142 alio accipitur, & sic synonime, & ipse Boff. n.  
12. & 13. exemplificat, & declarat in l. vnius. §.  
testes, & ibi glo. ff. de quest. & sub num. 27. in  
143 quit, quod haberur ratio, quādo varietas ver  
satur circa negocium principale, & non super  
accessorijs, licet fides diminuitur. Dec. consil.  
105. colum. 6. quem Boff. ibidem allegat. & Ias.  
144 in l. 2. colum. 2. C. de bon. pos. secundum tab.  
vbi ponit qualiter testis varians puniatur. Mē  
Q daciū seu variatio etiam sine alijs iudicijs ex  
trinsecis facit inditium ad torturam quæ debet  
scribi in actis. Bar. in l. de minore. §. plurim de  
questio. sed nisi iudex ob aliud vehementer su  
spicaretur non deberet ex sola variatione, trepi  
iusmodi capitulorum admissionem, quoniam  
8 de iure in multis casibus, quedam non admit-  
tyuntur capitula, forte quia probationes non sint  
facienda per testes, sed per instrumenta, & scri-  
pturas, ut latè tradit Spec. in tit. de instrum. edit.  
§. restat. vers. sed si alij, dixi in 2. par. nu. 158.  
& dicam quando capitula sunt de directo con-  
traria. de Brachio Regio. alias sic plura admis-  
sa essent quæ non erant admittenda, valeret pro-  
batio. ut per Spec. in tit. de proba. §. videndum,  
vers. sed quid si debitor. Dec. in cap. 2. nu. 82.  
eod. tit. & iudex eam probationem admissam  
obseruare debet, ut per Innoc. in cap. cum Ber-  
toldus. de re iud. Bal. in l. illicitas, §. veritas, ff.  
de off. præss, prout sequitur Ias. in l. patre furio-  
so, nume. 22. ff. de ijs qui sunt sui. pulcherrime.  
Alexand. consil. 77. nu. 13. volum. 2. & consil. 63.  
nu. 21. volum. 4. Petr. Rebuff. in l. quod iussit,  
num. 49. de re iud. Gomes. varia. resol. tom. 3.  
cap. 13. num. 32. Doct. in l. constitutiones, ff. de  
C appellat. Et numquid etiam sine capitulis, sed  
solum super libello tantum possint testes reci-  
pi, dico quod sic. secundam Bald. in l. si duo.  
num. 7. & ibi Alexan. num. 14. in §. idem Iulianus,  
ff. de iur. iuran. Docto. in cap. fraternitatis,  
de test. Spec. eo. tract. §. nunc videndum in princ.  
Fely. in cap. ultra tertiam de test. sed an etiam  
cum capitulis sint testium nomina edēda, dico  
standum

standum esse consuetudini, sed de iure communi viderur quod non & esse comm. op. ait pract. Stiact. cap. 17. numero 20. & Doc. in l. 1. §. editiones. ff. de edendo. verum de iure Cano. viderur quod debent dari circumscripta suspitione subornationis, vt per Felyn. in capitulo primo, sub numero versic. Item habet locum: sed in causa Heresij, & quando lis est cum Aduersario nimis Audaci, & potenti, nomina testimoniū debent in confuso dari vel fortè nō edi, sed tantummodo tenor testificatorum. Clat. §. fin. quæst. 49. versic. habet Blanc. pract. crimi. 11 nu. 8c. quod in causa criminali procedit. Pars ergo (v. ræmonvi) quæ probate intendit eius intentionem facit citare testes, nec non partem aduersam, ad videndum eos recipi, & iurari ad hoc, ne testes videantur spōte se ingenerere: quia 12 talis ciratio, hunc operatur effectum, vt admonet Barto. in l. post legatum, §. ijs vero, ff. de ijs quibus, vt indig. Abb. in cap. 2. de test. vid. omnino Farin. d. tract. quæst. 72. numero primo, vbi an sufficiat ad Domum quo ad testes, & videtur quod non numero 3. & in quæst. 76. numero 141. & non sufficit citare testes, si pars nō erit citata. d. quæst. 72. numero 2 1. 2. 2. 23. cum sequen. est verum quod probant quando periculum esset in mora, vel timeretur de morte aut de periculo evidenti ob potentiam Aduersarij, & quando ad informandam curiam, & in causis naufragiorum; item quando agitur sola facti veritate inspecta, & secundum conscientiam quis potest iudicare, de quorum veritate. vi. Farinac. d. quæst. 72. numero 36. cum mult. sequen. sed vi. sup. tit. 3. par. numero 72. & serva, vt ibi. At si pars vel testes ipsi, opportune nō 13 comparuerint, accusatur eorum coniunctio, quam iudex debet mandare, quod intimetur parti non comparenti. Doctor. ita sentiunt. in l. Labeo. cum materia, ff. de iur. iura. Marant. actu. 3. numero 14. folio mihi. 176. pract. Stiact. cap. 7. numero 4. & abinde quandocumque testes poterunt iurare, & examinati. no. glo. in clement. prima, de offic. deleg. etiam post terminum datum ad probandum. Roman. consilio 343. & alios, quos allegat Marant. actu. 6. nu. 2. 14 par. 6. Qui terminus, & omnes alij termini in 15 iudicio dandi regulantur secundum statuta locutorum. & terminus ad probandum, an etiam intelligatur ad producendum instrumentum, vid. Alfassi. in pract. c. i. c. 18. §. 22. & regulariter omnes fieri possunt ac debent probationes; solet enim concedi dictus terminus cum clausula ad probandum per omne genus probationū, sed si dilatio fuerit data ad producendum instrumentum, non extenditur ad producendos testes Spec. eo. tit. de dilat. §. videndum. ver. no. & Corset. singul. in verb. Dilatio. aliud est dare terminum ad probandum, aliud est ad producendum iura; sed de iure communī vnicā tantum dilatio datur. ad probandum, & sic peremptorie. Alexand. in l. de fer. quæ opinio communis est, tradunt Doctor. in rubric. ff. de dilat. & Specul. eod. de dilat. Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 51. de verbis. obligat. Bartol. in extraug. ad repri. in verb. supradicto 16 criminis. Petr. Due. reg. 201. in qua dilatione tres dati solent productiones. cap. cūm in causis. & capit. significasti. extra de test. & faciunt E quæ dixi infra nu. 29. cum sequen. Post tertiam dilationem non sunt testes producendi. cap. vi tra tertiam. de test. at cauila est quod non ob-

stante quod nulla subsit causa ista petendi dilationem, tamen antequam labatur terminus pars petat illum protogari, quia protogatio nō dicitur noua dilatio. Specu. eo. tit. §. nunc dicas. mūs. vers. & sunt cum alijs aduct. à Cepol. eau tel. 13. Item valer quarta productio seu dilatio sine solemnitate de qua supra numero 18. scilicet si contradictum non fuerit. Abb. in cap. io. cabris, & omnes in c. ultra tertiam de test. add. ad Capel. Tol. decisi. 146. Verum circa dilationem terminos, tam in probanda intentione, quam in reprobanda per repulsam, ne procedatur in infinitum, contra l. fin. C. de sac. sanct. eccl. & cap. cum in multis. extra de responso, in practica seruatur, quia si Actor petit, & Reus, tantum excipit, Reus potest reprobare testes Actoris, vt supra late in antecedenti p. & Actor pariter poterit reprobare postea testes Reis ad repulsam productos, & Reo alia non datur reprobatio, & articulus de directo contrarium ad admittitur ad reprobandum testes reprobatorios, nisi allegetur falsitas. Cano. in cap. frater. 14 tatis de test. Sed in iudicijis in quibus uterque est actor & Reus respectue in eade in instantia: vt in tribus iudicijis finium regundorum, familiæ hereticæ, communī diuidendo, vel in materia possessorij, aut in causa rei contentoris, in ijs virtuque partes cōceduntur dilationes, una ad probandum. 2. ad reprobandum. 3. ad reprobandum testes reprobatorios. Quarta autem neutri datur. Cano. in cap. licet dictus. del. test. Oria. eo. tract. numero 52. Et si testis non fuerit repulsi in prima instantia non poterit repulsari in causa Appellatiōnis nisi de falso redargueretur. Aret. in cap. exira de test. colum. 9. Marant. actu. 13. nu. 13. secus in testibus quos de nouo examinati licet iudicā appellationis, quia eodem modo sit repulsa sicut in prima instantia, vid. tamen sup. in antecedenti par. sub num. 219. lit. F. in si. vbi Guid. PP. decisi. 500. videatur tenere contrarium. Et ad declarationem hiatum productionum optime facit Prac. Pap. in for. opp. contr. test. glo. sunq; publicatis. colum. penul. versic. sed in hoc occurrit, & dicam statim, ex generali autem consuetudine 17 adiicitur, etiam quarta productio, quæ dicitur optima legum interpres. c. cum dilectus. extra de consuet. l. si de interpretatione, ff. de leg. Butrig. eod. tract. versi. quædam forma. nume. 5. & Abb. in c. in causis, & in c. pen. de test. not. 3. c. 3. c. spaciū. vbi etiam Abb. & in c. significauerunt de test. & hæc quarta productio est pertinenda cum iuramento, quod non poterit intrans per prius habere testes. ita Barto. inquit in auth. qui semel. nu. 10. C. de proba. & Lanft. de Otia. eo. tract. num. 43. vbi inquit quod non numerus productionum testium, sed numerus examinationum facit producentem repell; ex 20 quæ declaratione sumis practica, quod si pars qualicunq; probationes intra tertium, puta 10. dierum, tunc in illis decem diebus, tres productiones conceduntur, & adiicitur quarta si opus erit, pro vt dixi. Capel. Tolosidecisi. 116. & ibi additio. At si in illis tribus productionibus testes fuerint examinati, deinde fieret quarta productio, non pariter quarta examinatione esse concedenda, quia aliud est concedere quartam productionem, aliud quartam examinationem, vt tenent Doc. cōmuniter in d. auth. qui semel. C. quom. & quan. iudex. vbi oēs mod. vt mox supra

supra dixi, & nota quod una productio veris-  
 21 catur quando testes sunt producti & iurati tan-  
 tum, sed non examinati, multo magis, si etiam  
 sint examinati. Lanft. de Oria. eo. tract. nu. 43.  
 Gemin. nume. 45. vbi inquit quartam produ-  
 22 ctionem locum habere in causa principali, no  
 autem super exceptionibus, quae declaratio no  
 tada est, & si aliquod legitimum habebitur im  
 pedimentum, nedum quartam, verum etiam mil  
 lesima concederetur productio, ut infra decla  
 rabitur, & vide in Propos. Vant. in tract. nul  
 lit. fubr. de nullit. ex defec. citationis, nu. 108.  
 23 vbi dicit, vnicum peremptorium tres citatio  
 nes continere posse; fallit stante statuto, quod  
 24 quis ter beat citati, nam non sufficit vni  
 citatio pro omnibus. Bart. in l. ad peremptoriū:  
 vbi etiam mod. de iudi. Hipp. in rubr. sub nu  
 me. 304. de fideiust. & Bal. quem allegat. in l. 2.  
 25 col. vlt. C. quo. & quan. iud. nam quae pro for  
 ma sunt tradita à statuto illa seruari debent ad  
 vnguen. l. cum ij. §. p̄t̄or. ff. de transact. c. cum  
 dilecta, vbi Fely. versic. gesta. de rescript. Bal. in  
 l. non est nouum, de leg. tex. est expressus, in l.  
 cōstitutionibus, ff. ad municip. Hipp. Bonacols  
 in eius q. criminal. in verb. forma. & Hon. fra  
 ter meus D. Boig. decisio. 13. num. 3. 18. & 23.  
 & Decis. 23. num. 1. cum seq. vbi latē de forma  
 in prima par. vbi etiam declarat, illud dici in  
 26 ductum pro forma, quando statutum ulterius  
 disponit, annullando actū si securus fiat, quae de  
 claratio deseruit titonibus. Fely. in c. cum dilec  
 tus, de rescript. & Dec. conf. 528. num. 11. Se  
 bast. Vant. de null. tit. quot & quibus, sub n. 52.  
 27 & hic nota, quod ex sola citatione, & vnicā, no  
 potest quis condemnari. iux. illud: Adam, vbi  
 es, ter vocatus es, & facit tex. in l. absentem, de  
 p̄cen. ibi si s̄p̄ius moniti per contumaciam de  
 sunt: sed quando quis contumax esset, & cita  
 tur peremptoriē ad videndum se condemnā  
 28 ri, consuetudo est, quod illud vnicum perem  
 ptorium sufficiat pro tribus citationibus, si no  
 comparuerit: ita est communī calculo recepiū  
 apud omnes, in l. si finita, §. Iulianus, ff. de dam,  
 infec. Blanc. in sua tract. crim. nu. 19 fol. 10. &  
 tenet Iul. Clar. §. fina. q. 31. vers. quarto modo.  
 29 Quot autem dierum debet esse dilatio, conclu  
 dunt Doct. relati per Menoch. de arbit. iud. cas.  
 52. esse in arbitrio iudicis, dilations dilatare,  
 & coactare, qui iux. personarū, & negotijs, de  
 quo queritur, qualitates, se regulate debet, vt  
 per Bart. in l. 1. C. de dilat. Alex. & alij, in l. 2. ff.  
 de re iud. sed glo. in l. nonnunquam de iud. non  
 dicit Iudicem, vt D. Menoch. allegat, statuere  
 terminum decem dierum, sed tex. cum illa ex  
 pressa hoc iudicis arbitrio relinquit, & licet tex.  
 in auth. qui semel. C. quomo. & quando iud.  
 velit esse tempus trigesima dierum, nihilominus  
 30 ex causa iudex, & dilatare, & coactare potest  
 dilations, etiam si expresse à statuto caueretur:  
 nam ex causa possumus recedere à regula cum  
 31 nulla lex nullumve ius sit quin recipiat acti  
 uam, & passiuam interpretationem, limitatio  
 nes, & ampliations. l. si de interpretatione, vbi  
 Doct. de leg. & in l. si hominem, ff. mand. quae  
 declarat, vt per Bart. in l. de pretio, ff. de public.  
 in rem act. in l. prospexit, ff. qui & à quib. Bart.  
 & Bal. in l. omnes populi, ff. de iust. & iu. Eue  
 rard. latē in centuria suo loco à ratione legis stri  
 cta, &c. est bene verum, quod iudex debet ex  
 32 primere causam quare recedat à dispositione  
 iuris communis, aut statutarī, vt in terminis

inquit Menoch. de arbitr. iud. d. cas. 52. nu. 27.  
 & seq. prout admonuisse Abb. in cap. 1. nu. 8.  
 de dilat. Fely. & Dec. in cap. cum sit Rom. m.  
 de appell. & semper, & quando aliqua datur di  
 33 latio, illa est communis actori, & reo. intan  
 tum, quod non potest reus in præjudiciū acto  
 ris, ei renunciate: ita Caualca. decis. 3 l. num. 9.  
 fol. 293. in 1. par. Aret. in §. si minus, sub nu. 11.  
 institu. de act. & Ias. quem allegat in l. 1. nu. 51.  
 & 54. de adopt. Tiraq. de vitroque retract. §. 36.  
 nu. 27. Nic. Ant. Grauat. ad Vestrium. li. 5. 4.  
 34 nu. 6. Quamvis longior dilatio dati possit reo,  
 quam actori, vt per glossing. in l. sicut. §. si que  
 35 tatur, ff. si ser. vend. nec iudex redarguitur cum  
 id faciat ex arbitrio ita lege permittente, vt in  
 l. nonnunquam, ff. de iud. & Ias. in l. pro tribu  
 nali, de re iud. index enim cui malit, arbitrium  
 suum impartiri potest, Rot. Luc. decis. 3. nu. 12.  
 cat. 19. & Caualc. frater meus decis. 45. nu. 67.  
 36 in l. par. At in criminali dantur duas dilatio  
 nes accusatori, & tres reo, quod firmat Ias. in l.  
 37 fi. C. de ferr. Marant. Spec. aur. actu 3. par. 6. vbi  
 oīto modis limitat, quando dilations amplia  
 ri possunt, ex causa, tempore, & persona, primo  
 38 ex iusto impedimento, & dicitur iustum impe  
 dimentum quando per me non fecit, arg. seq.  
 non dicitur venisse, de reg. iur. faciunt dicta in  
 hac par. nu. 22. & Roma. sing. 242. & Doct. in  
 terminis in l. 2. §. quod diximus, ff. si quis cau  
 tio. Boet. q. 40. & Menoch. de arb. iud. cas. 153.  
 fol. 163. vi. supra sub nume. 268. par. 3. & supra  
 nu. 196. lit. R. vers. item est hogā uero. in par. 4.  
 & S. for. od. restit. in integ. q. 38. vbi art. 6. docet  
 qualiter impedimentum debet probari, & q. 13.  
 & 14. per tot. secundo, ex noua, supertuenti  
 probatione, tertio, quando causa examinatus  
 in consistorio. Principis. quarto, quando factio  
 aduersarij quis impeditetur, quod idem vide  
 tur cum primo. quinto, quando actor adderet  
 in libello, propter reservationem, quam sibi fie  
 ri protestatus est. sexto, ex incidenti superne  
 nienti. septimo, quando secunda dilatio dare  
 tur patribus utriusque audientibus, & non con  
 tradicentibus. octavo, quando dilatio esset data  
 absenti, sed Menoc. d. cas. 52. alios causas ponit,  
 primus quando lis est de re minima, authen. ni  
 si breviores. C. de senten. secundus, quando agi  
 tur de alimentis. tertius, quando causa esset à ci  
 uitate, vel vico tractanda tunc posset dilatare di  
 lationem, vt per scrib. & præcipue Rip. in J. a.  
 39 de re iud. & hæc respiciunt causam ob quam  
 dilations coactari, & ampliari possunt, re  
 spectu verò temporis, quando res tempore peri  
 tura esset, tunc abbreviabuntur: siue respectu  
 instantiæ, siue respectu iutisditionis, quo uero  
 respectu personæ dic, vt per Menoch. d. cas. 52.  
 nu. 18. & seq. Nam hæ causæ concluduntur sub  
 casu illo iusti, & legitimij impedimenti, siue oria  
 tur à tempore, seu à distantia loci, seu à qualita  
 te personæ, vt per Bar. Alex. Ias. Rip. & alios, in  
 d. l. 2. de re iudi. vbi plenæ, & Abb. in dicto c. p.  
 1. de dilat. Sed multoties omnibus terminis la  
 psis ob negligentiam partis que produxit testes  
 & fuere iurati, sed non curavit realiter eos ex  
 aminari facere tunc ex abuudanti solet dati ter  
 minus peremptorius tot dierū quot testes fue  
 re producti & iurati, quo elapsi poterit causa  
 40 expediti, vt dixi, etiā supra in 3. par. n. ... Insu  
 per aduerratur, quando dilations sunt dandæ,  
 quod pars citerit, quia agi potest de præjudicio  
 terii, siue arctetur, siue dilatetur, iuxta

**P**RACT. STAC. CAP. 7. IN PRIN. & HOC PROCEDIT; SIVE  
TEMPOS SIT STATUTUM A IURE COMMUNI, SIVE A STA-  
TUO SIVE EX ARBITRIO IUDICIS PENDEAT, VT PER EUN-  
DEM STAC. CAP. 17. 18. & 19. & HOC SATIS IN MA-  
TERIA NOSTRA: AUTAUTEM IUX POSSIT VNO & EO-  
DEM TEMPORE DARE PLURES DILATATIONES AC DIUER-  
SAS AD ACTUS DIUERSOS. VI. ABB. IN O. SIGNIFICAN-  
TI. NU. 10. DE APPELL. VBI AIT IN SEPARATIS NON VI-  
TIANDO ORDINEM IUDICII POSSE HIERI. VID. SPEC. DE  
41 DILAT. §. 1. VER. DELIBERATORIE: Quidenius vero  
ad testium productiones iudicis arbitrio relin-  
quitur, an per paucos testes satis probatum sit,  
adeo quod si pars maiorem veller producere nu-  
merum testium posset eam teijcere; reter gl. in  
capit. cum causam. de test. qui iudex secundum  
42 REI, & personarum qualitatem, maiorem vel  
minorem numerum adhibere, & non adhibe-  
re potest, vt supra in prin. secunda partis, & tra-  
dit Menoch. de arb. iud. cat. 249. Afficit. in pri-  
ma const. versi. si damina clandestina. num. 27.  
Vnde si quis multis produxerit testes non eque-  
idoneos, in nro alijs inhabiles, qui essent in gr.  
43 di numero, numerus ille supplet eorum defi-  
ctus, vt per Butrig. in l. 3. in princ. de test. quem  
in causa amicitia citat loan. Cror. eod. tract. sub  
num. 193. & Alexand. consil. 78. in primo vol.  
& in consil. 43. vlt. col. vol. 4. quod non intelli-  
go, quando ad eis vnuus testis habilis, & multi  
alij inhabiles, vt pulchre per Alexan. consil. 131.  
num. 4 & 5. volum. 6. & in isto casu, quando es-  
sent omnes amici tantum, & non ambo, vel  
omnes amici productoris tantum, & eorum  
vnuus, vel duo interrei essent eius, contra quem  
F producuntur: Et in causa civili non tamen ar-  
dua quia aequiparatur criminali: Iaf. in auth. si  
verò contingit. nu. 6. C. de iudic. Menoc. de arb.  
iud. cat. 110. nu. 5. & Pract. Corrad. de offi. pre-  
iud. cau. c. 9. 2. tit. de test. nisi idoneitas aliorum  
concurrente cum inhabilibus testibus faciat eos  
habiles, alioquin si omnes essent imperfecti  
non coniunguntur ad perfectionem propter  
multitudinem. Gram. consil. cu. 35. num. 30. in  
causa criminali, vel civili ardua de qua Men.  
de arb. cat. 110. nu. 5. Marsh. Pract. §. expedita.  
nu. 82. idem ling. 477. nu. 3. licet Bal. in l. si quis  
ex argentiarijs. §. 1. lt. de eden. velut qd ex multitu-  
dine tollantur exceptiones personales testium:  
sed in cap. ad nostram. de prob. idem Bal. vide-  
tur se declarare, in causis ciuilibus, vi. D. Farin.  
de test. q. 60. num. 192. 194. & 195. eo. tit. Duæ  
autem templaæ probationes concordes licet  
diuerso tempore coniunguntur ad faciendam  
plenaæ probationem. ca. fraternitatis. de test.  
Rursum in materia multitudinis alter dico, qd  
multitudo testium in ciuilibus supplet defectum  
inabilitatis, si omnes inhabiles examinari fo-  
zent, tex. glo. & doct. in l. testium, ff. de test. mu-  
to magis quando inter examinatos est item  
vnuus testis habilis, authent. multo magis. C. de  
sacr. sanct. ecclesi. quod facit pro eo quia talem  
testem habet pro se inter tantos inhabiles, &  
pars aduerita omnes habet testes inhabiles, vt  
de hoc dixi par. 2. sub num. 179 & 180. sed in  
causa criminali, vel ciuili ardua hoc non proce-  
dit. Iaf. in Authen. h. vero continget; num. 6.  
C. de iud. Marsh. Pract. §. expedita; num. 82. &  
in lingul. 477. Grammat. consil. cu. 45. num.  
30. & deci. 1. l. cuam quæ sit causa ciuili ardua  
et verum quod in causa criminali de conseru-  
tione etiam quod testes sint omnes inhabiles. ta-  
men propriæ eorum in multitudinem faciunt in-

ditum ad torquendum. Berazol. consil. 474.  
numero 3. & 4. Clar. §. fin. quest. 64. quia suffi-  
cit minus quam semi plena probatio. gloss. in l.  
cum probatio. ff. de probat. vi. add. Baiat. ad  
Clar. d. quest. 20. ver. ad torquam. Nata. consil.  
362. numero 10. Hinc est quod ex multitudi-  
ne sociorum criminis, non elicetur nisi vnum  
ciuitatis Inditium. Bosl. in ti. de indic. num. 159.  
Boer. dec. 319. & Clar. hos etiam allegas. q. 21.  
vechi. sed pone, & hoc ad torturam, non autem  
ad condemnandum. Bosl. sit. de confess. nu. 21.  
dummodo isti Socij cu. tortura deponant. Ro-  
lan. consil. 16. nu. 18. vol. 1. & dicam inf. sub nu.  
140. lit. E. Mod. Sarza. de prob. concl. 131. sed  
in delictis exceptuatis probant, vt dicam infra  
de Brachio Regio, & illudmet inditium faciunt  
isti Socij criminis pro socijs ad fauorem Socio-  
rum, qd faciunt contra Socios, qua de re si ex eo  
cum dictis tantum Socius dani nari non potest.  
heceriam ex eorum excusationibus seu excus-  
ationib. corteus criminis poterit absolvi. Bal.  
in l. quoniam liberi. n. 2. C. de test. Masc. de pro-  
bat. d. conclu. 1311. vol. 3. idem inditium faciunt  
duo testes infames. Gram. consil. 1. nu. 4. & Bru.  
de indic. 1. par. q. 2. n. 7. & dixi sup. in 4. par. nu.  
68. & licet Bal. in l. si quis ex argentiarijs. §. 1. ff.  
de eden. velut, quod per multitudinem testium  
tollantur exceptiones quæ contra personam eo-  
rum tantummodo opponi possunt. Hoc dictum  
verificatur in causis ciuilibus non autem in cri-  
minalibus, vt ipsomet Bal. se declarat in cap. ad  
nostram de probat. & videndi sunt. de et. in c.  
fraternitatis. extra de test. sed si defectus sit in dis-  
cis testium, tunc nec etiam in ciuilibus multi-  
tudo testium supplet. Mascar. conclu. 1358. nu.  
44. 13. vol. 3. quia alias numeri us testium, & in-  
genias vnius non supplet vnuum alterius testis,  
quod secus esset, quando vnuus testis, est vir pro-  
bus, alter infamis, & tamen concordarent, quia  
in rege ritia fides vnius supplet imperficio-  
rem alterius. Bald. in l. 6. quis ex argentiarijs. §.  
quid enim. & ibi Bolog. ff. de eden. Soc. 1. Gal.  
l. quis ex argentiarijs. colum. pen. ff. de hb. & postbus.  
Alexan. consil. 56. & consil. 2. vol. 2. & alij addi-  
ad Dym. in reg. vule per inutile. lit. A. & hoc in  
etim. malibus & quo ad torquendum, vt inquit  
& bene Bosl. in ti. de coniug. nu. 21. Iaf. in l. pra-  
tor. art. §. cogentur. col. 3. ff. de eden. quem ipse  
Bosl. allegat, & inquit, quod in ciuilibus, non  
ita atenditur an omnes testes, sicut omni exce-  
45 ptione maiores, nec in mille annis, aliter pos-  
set dici, vt ibi sub dicto nu. 21. nimirum si in ci-  
vilibus vnuum testem quandoque sat erit supel-  
46 re. & cludere, quia in supplémentum defectum  
iuramenti, non sic in etim. malibus, vel in ci-  
vilibus arduis, vt la. dixi, supra in tercia par.  
nu. 38. Et quo ad terminum adiuvendæ est,  
G quid alind est dare terminum ad producendū  
iota; alia vero ad probandum; primum casu  
non possent testes examinari, secundo casu sic.  
Spec. de dilat. nu. 7. Cotter. sing. in ver. dilatio.  
47 Terminus petitus ad probandum bifarie dati  
potest, vel sim. pliciter, vel composite, vi si tu-  
dex dixerit: do tibi terminum de eis dictum ad  
probandum; aut, do ubi terminum decem dies  
ad probandum; & probatum habendum ei  
de quo dixi supra in proxima. precep. par. tit. 1.  
192. sed si datur a lege vel a statuto, hac vei bas.  
ad probatum habendum, subiecti liguntur, li-  
cet in statuto, aut in legi non sint adiecta. Atque  
in cap. licet causam extra de probat. Ros. Boni  
con-

tenuit. &c. num. 5. primo modo sufficit testes  
 48 iurare in termino licet eo elapsi depónant,  
 nam eorum depositio refertur ad tempus iu-  
 ramenti. Rom. consil. 343. col. 2. Abb. & Fely.  
 in cap. licet causam, de probat. secundo cau-  
 tenetur pars facere iurare testes, & deponere  
 intra terminum, alias postea non deberet ad-  
 mitti, ita Bal. in consil. 123. volumine 5. Socin.  
 consil. 47. col. 3. volum. 4. Abb. in d. cap. licet  
 causam, quos refert & sequitur Maran. d. actu  
 493. & Angel. de Perus. eod. tract. num. 18. & est  
 ratio, quoniam, tunc habetur pro concluso in  
 causa, quo casu omnis probatio facti excludi-  
 tur, dixi sup. in 2. par. nu. 150. nisi ex causa vi-  
 H deretur concedenda restitutio ad probandum,  
 vt supra nu. 192. in par. antecedenti; vel nisi fa-  
 cto iudicis aut examinatoris examen perfici  
 nequiuisset. Capic. Decis. 39. nu. 2. quia etiam  
 post terminum debet examinari, vel nisi facta  
 fuisset conclusio in causa, seu renuntiatio cum  
 clausula saluo iure producendi; quo casu si ex  
 post vna pars ponit aliquid in facto, & petat  
 responderi, & altera pars negat, tunc ponens  
 poterit probare positionem per testes. Capel.  
 Tolos. decis. 14. Rot. Decis. 5. & 6. vel si non  
 fuerit contradictum productioni facti post  
 conclusum in causa. Abb. in cap. cum Dile-  
 etus, de fide instru. Capell. Tolos. & ibi Addit.  
 decis. 116. in causa vero criminali non conclu-  
 ditur in causa, secundum Bald. in l. 1. in 3. col.  
 vers. quero, C. de cond. indebit. vide omnino  
 Mars. in sua pract. §. sequens, vbi hanc q. ex-  
 minat an in causa cri. concludatur in causa,  
 vbi num. 2. allegat Bar. in l. diui fratres, ff. de  
 pen. dicentem quod in causis criminalibus ad  
 defensam possunt testes produci attestacioni-  
 bus publicatis etiam super iisdem capitulis, se-  
 cundum Saly. in l. fi. vlt. col. C. de quaest. secus  
 in ciuilibus. Mar. vbi sup. nu. 8. vid. supra in 4.  
 par. nu. 187. & illud est tempus proportionabile  
 ad allegandum in iure, vt cimnes inquiunt  
 pract. & Alex. conf. 101. vol. 2. & alij quos in  
 propos. allegat. pract. Stiac. c. 20. nu. 29. & qua-  
 do allegationes iuris aedi debeant, vide omnino  
 Men. de arbit. iud. cas. 175. qui pulchre pro-  
 diuersis fori consuetudinibus explicat ordinem  
 seruandum in productione testimoniis. infra dicā  
 in fi. nu. 230. sat pro nunc est dicere, quod pri-  
 mo actoris testes producuntur, deinde testes  
 rei, vt latè tradunt omnes scriben. in l. edita,  
 C. de eden. & Spec. eod. tit. nostro, §. qualiter  
 autem. Bald. in l. Nefenius, ff. de neg. gest. at si  
 criminaliter procedatur, porrecta querela iu-  
 52 dex ex officio, potest sumere infor. & testes  
 cogere, in dicta mulcta ad perhibendum testi-  
 monium veritatis, vt communem assertur Lan-  
 franc. in c. quoniam contra, vers. testes, nu. 31.  
 de prob. & Iul. Clar. q. 24. versic. successive, &  
 versic. seq. & q. 5. versic. scias etiam, vbi habe-  
 tur quando iudex ex officio procedere poslit,  
 53 multosq; casus ponit Ang. de malef. in verb.  
 haec est quedam inquisitio, & ibi August. in ad-  
 dit. à nu. 12. vsque ad nu. 48. prout eos refert  
 54 Clar. d. q. 5. in causa vero ciuali non sumuntur  
 informationes ex officio, nisi super aliquo fa-  
 cto modici p̄iudicij, quod expediti debet in  
 duobus pedibus, vt prouerbio dicitur, vel si  
 daretur casus, in quo iudex à peritioribus, su-  
 55 per negocio sumeret informationes, vt regu-  
 lariter sit in causis rusticorum & laborerij, &  
 facit Innoc. in c. ad nostram, extra. de iur. iur.

& Bal. in eod. tra. in verb. cerdoneim, & vita p̄i  
 citatur, facit tex. vulg. in l. septimo mense, d.  
 stat. hom. sed si causa esset mixta, tunc possunt  
 56 sumi ex officio informationes, quando prin-  
 cipaliter ageretur criminaliter, secus si in con-  
 sequentiam, per l. quod ad statum, ff. de p̄ea.  
 57 quē in propos. allegat. Doct. Menoch. de arb.  
 iud. q. 82. vbi infert an iudex causa ciuilis, pos-  
 sit cognoscere de causis criminalibus, & econ-  
 tra, concludit quod non, nisi causa criminalis  
 ageretur ciuiliter, vel ciuilis ageretur criminis  
 liter, & ita decidiſſe Rot. decis. 19. Fel. in c. me-  
 minimus, num. 11. de accusat. & vide omnino  
 Boss. in tit. de Decret. Mediol. nu. 28. vsque ad  
 fin. qui optimè in hoc prop. loquitur. Stat igit  
 firma conclusio, quod iudex potest sumere  
 informationes ex officio, & de vi talium in-  
 formationum dicam infra, & si nolint venire,  
 potest eos cogere indicata mulcta, ex quo colli-  
 gitur cautela qua rei possunt citari per p̄cepto.  
 58 p̄cepta p̄enalia non obstante statuto, licet etiam  
 59 iudicium regulariter non debeat incipi a p̄ceptis  
 p̄enaliis, ad quod facit optimus tex.  
 in l. absenteim, ff. de pen. & aliud, quod nemō  
 sine accusatore damnatur, & facit initit. de pa-  
 blic. iud. in princ. & to. tit. C. committit, vel ex-  
 p̄it. & l. i. C. de execu. rei iud. Bat. & Doct. in  
 l. de pupillo, §. meminisse, ff. de no. op. nu. 10. &  
 60 vide Clar. dicto §. fin. q. versic. scias etiam, &  
 q. tertia, vbi concludit accusationem eiſe re-  
 medium ordinatum. Posset ergo reus p̄accu-  
 dente accusatione, vel querela citari per p̄ceptum  
 p̄enale ad informandam curiam, &  
 parendum mandatis, &c. & eo comparente  
 postea interrogari, vt in ijs terminis videtur  
 loqui. Boss. in tit. quom. proced. per p̄ceptu.  
 61 pen. nu. 7. & ibi habetur plene de materia, vbi  
 dicit, quod in causis ciuilibus, vbi tortura in-  
 teruenire posset per p̄ceptum p̄enale pro-  
 62 cedi potest: & practicatur etiam quod abini-  
 tio sit, aliquod p̄ceptum etiam in ciuilibus  
 reo, qui si copareat illud p̄ceptum tollitur,  
 & res reducitur ad via ordinariam, & resolu-  
 uitur in vim simplicis citationis. Abb. in c. ex  
 parte, nu. 8. de verb. sign. Boer. decis. 233. nu. 15.  
 Marant. Spec. aur. in 6. nu. 27. 28. & 29. actu.  
 vlt. Riminal. senio. conf. 270. volum. 2. & alios  
 multos quos in prop. allegat D. Borg. dec. 19.  
 nu. 1. 2. & 3. in prima parte, & ibi docet quo-  
 modo iudex se gerere debeat in p̄ceptis ex-  
 63 cutiuis, & quod iudicium non debeat incipi  
 64 ab executione, iux. l. 1. §. qui à me, ff. de vi & vi  
 arma. cum mul. simil. Bart. in l. Carbonianum,  
 §. due cause, de Carbo. edic. Plot. in l. fi quan-  
 do, num. 95. C. vnde vid. Rolan. cons. 8. vol. 4.  
 Nat. cons. 121. vol. 1. & talia p̄cepera debent  
 65 fieri cum clausula iustificata, quae est in ciuali  
 bus videlicet, si senseris te grauatum compa-  
 reas, &c. de qua Plot. d. l. si quando, nu. 100. &  
 seq. C. vnde vid. Spec. in tit. de sent. §. species,  
 nu. 4. & ibi Io. And. in addit. & Bar. in l. si fini-  
 ta, §. Iulia, col. 2. ff. de dam. infect. & nota sem-  
 per, quod quis non tenetur parere iudici, &  
 potestati, vbi aliquod p̄ceptum faceret ex-  
 tra iudicium, quod non spectaret ad eius offi-  
 cium, vt per Dec. cons. 72. nu. 2. in 1. p. & eum  
 refert Bonacoll. q. 81. ver. p̄ceptum. Et mul-  
 66 eta quantum esse debeat, pendet ex arbitrio  
 iudicis, quam secundum magnitudinem nego-  
 cij, & personarum maiorem, vel minorem adi-  
 bebit, no. in l. eos, C. de mod. mul. & ibi Bar. &  
 K. tot.

tot. tit. ff. si quis iusdic. non obtemp. & l. 3. §. exhibere, ff. de tab. exhiben. & Doct. in l. si quādo, C. de test. Innoc. in cap. 1. tit. de test. cog. & Azo. in sum. C. eod. Menoc. de arbitr. iud. cas. 280. nu. 2. car. 248. sed an iudex, qui liberum arbitrium habet potest cogere testem sub pena publicationis bonorum, vid. inf. tract. de Brachio Regio.

- 67 Recipiuntur pariter testes à iudice non in qualibet parte iudicij, vt dixi. Sed regulariter post li. contestatam. §. si vero, & §. & hoc verum, authent. eod. cap. 1. & 2. extra. vt li. non con. Spec. eod. tit. §. nunc tractamus, communem esse dicit Lanfran. dicto cap. quoniam contra, nu. 33. de probat. & Soc. reg. 242. vbi 68 fallent. ponit, sed excipiuntur nonnulli causas, in quibus etiam ante lit. cont. testes recipi possunt, vt in causis criminal. ad informandam curiam, item ad eternam rei memoriam, quando testes essent valetudinarij, vel forenses citò migraturi, vt ponit Menoc. de arbitr. iud. 61. & 62. & Spec. alios causas ponit d. §. nu. c tractamus, eod. tit. Butrig. nu. 12. & 56. eod. tract. ad quos breuitatis gratia me remitto si 69 mul & vos: & an receptio testium in causa criminali, alij subdelegari possit, dic qd non, l. 3. §. testes, ff. eod. Nep. à mont. Alba. co. trac. nu. 80. & hanc opinionem communem declarat Viuius, lib. 1. opin. 363. & Iul. Clar. §. fi. q. 26. versic. sed quāro, quod ampliatur procedere in causis ciuilibus, arduis, vt in causa matrimonij, asserit Abb. in cap. si qui testium, de test. Ant. Grauar. ad vestrium, lib. 6. cap. vlt. nu. 1. 70 sed in alijs causis ciuilibus, regul. potest committi alij examinatio testium, vt frequenter placitum est, apud omnes, in l. apud eloquentissimum, vbi Bart. præcipue. C. de fide instr. 71 & Curt. eod. tract. conclus. 29. quia cause ciuiles sunt minoris periculi, quam criminales, vt sēpe dictum est, & tradit Hipp. in l. de minore, §. plurimum quoque, numero decimo sexto, de quæst. & Cæphal. consil. 100. numero vi 72 gesimoquarto, & Viui. libro primo, numero 342. fallit in causa necessitatibus, & quando examinatio committitur notario a iudice, idemmet notarius nullam fidem de illius commissione, vel suo testimonio, vel suo instrumento faciet, vt de communi testatur Boer. decisio. 258. numero quarto Math. Affl. et. decis. 317. Viui. libro primo, opin. 374. Curt. iun. consil. 169. numero tertio Soarez, recept. sentent. versic. testium examinatio, numero 262. cum I plur. sequent. reliqua in hoc propos. dicam in fra numero 128. Farinac. de test. quæstio. 77. numero 185. limita. numero 186. & 187. Cagnol. in l. Librarius, numero 46. de regul. iur. trad. Doct. in l. more, ff. de iurisdictione omnium iudicium Bart. in l. ex sententia, ff. de testa. tut. Nec valet examinatio testium facta à notario sine iussu iudicis in scriptis penes aetas, non tenet nisi periculum esset in mora, vt quando testes essent forenses statim recessuri, vel in mortis articulo. Mars. in tract. crim. §. constante, numero nono, Ro. in l. si ver. 54. fallent. ff. solut. matrim. item quando vna cum Procuratore, vel D. Aduoc. fiscali solent sumi informationes super delictis, quia non est necessaria iudicis commissio, sed in alijs casibus præcedere debet, quia ad iudicem, & non ad Notarium spectat recipere testes, & probations fiunt iudici, sed notarius scribit & est

Acterum rogatus, tantum l. eos. & l. si quādo. C. de test. Mars. in §. post quam nu. 19. ead. pract. & recipere testes est quid iurisdictione, sed Notarius iurisdictionem non habet sicut index. tot. titu. de iurisd. omn. iud. Carpa. super statu. Mediol. c. 400. nu. 11. p. 1. Et insuper aduertendum est quod receptio testium multum differt ab examinatione testium, nam cōmissa receptione non dicitur commissa examinatione. Abb. in in c. significauit in 4. not. col. 2. de test. & Felyn. in c. licet causam. col. 3. de prob. & Boss. de opp. contr. test. nu. 27. & hinc oritur alia indagatio, quod commissio examine super causa principali non intelligitur etiam commissum super capitulis reprobatorijs, de quo vi. Fely. vbi sup. col. 3. verf. Nota quinto. Exceptiones contra personā, & testium dicta admittuntur, vt sup. in prox. præcedenti parte, nu. 199. dixi. sed in causa attentatorum, & qn 93 tractatur de legitimanda persona in iudicio quo ad personam testium, tñ non admittuntur, vt ex. tradit. ab Affl. et. in d. decis. 3. 51. & ab alijs de quibus per Menoc. de arb. iud. q. 32. & & quia dixi, q. iudex multa considerare debet ante quā exceptiones admittat, merito hie locus cadit opportune, & iux. id q. èt Rebuff. eod. 74 tract. nu. 36. memoria recolit, dico igitur nō semper fore necessariū obiecta probari. Primo si actor plene non probauerit. ad tradita per Doct. in l. qui accusare. C. de eden. facit in arg. tex. in l. 1. C. de thesau. lib. 9. & ibi no. Bart. Nam, quod mihi nō nocet, cur reprobare vobis? Secundo quando obiecta sunt triuolas debet iudex illa rei jecere. l. litigatores. in fi. de arbit. Bald. in l. si defensor. ff. de interrogatio. 76 actio. Tertio quando actor plene probauerit, rejeciuntur obiecta, quoniam quo ad personam, si ab initio non fuerit exceptum, videtur 77 approbatā, & si concludenter probauerit 77 intentionem actor, reus debet succumbere, d. l. qui accusare cum materia. C. de eden. Mascard. de probat. conclus. 36. vol. 1. ergo fru- 78 stratoria esset obiectio, ex post facto, quæ nihil relevaret. arg. tex. l. neq; natales, & d. l. cd 79 probationem. C. de probat. Quarto illa obiectio, quæ est notoria non egit probationem. l. prima. ff. de dot. prælegata. Rebuff. co. tract. nu. K 37. & sup. n. 85. in præced. par. & ex hoc inferatur, q. testes reieciti ob causam vnius non probant in causa alterius, quando scilicet exceptiones quæ eos repellunt fuerint tanquam notoria allegatae coram iudice. Nam acta re notoria faciunt. Bart. in l. gesta, versic. quæsto. C. de re iudic. c. quoniam contra de probat. Mascard. concl. 1101. Quinto si pars resuscicit reprobationi reprobationis secundū Rebuff. vbi sup. nu. 43. Sexto in criminibus laesa Maiestā, haeretis, lymonia, & blasphemia, vt dixi supra. Septimo quando obiecta tendunt ad reprobandum dicta testium, quos testes pars reprobare volens produxit. Marat. actu. 13. nu. 10. tract. Stiac. cap. 17. nu. 44. Fely. in c. licet tertio. in prin. extra eo. quæ sunt intelligenda, vt sup. nu. 74. Modò receptis testibus, 80 in loco iudicij & non ext. Marat. in 6. part. de test. nu. 6. (quamvis de consensu partium hæc nullitas potest remitti. Bart. in l. 2. nu. 4. de ferr. Diax. reg. 353. dixi sup. nu. 37. lit. C. in 2. par. princ.) antequam examinentur, debent iurare de veritate dicenda, pro utraq; partes, dixi num. 39. in tertia parte, & vide Neil. eod. tracta,

tract. num. 59. versic. iurare, sed antequam illi  
 81 rent, ad iudicem pertinet prius admisere te-  
 stem de importantia iuramenti, & quantum  
 damnum sit, tacere veritatem, & dicere me-  
 dicum, vid. Bernardum Rocham in eius pra-  
 82 xi de iuramento vbi late nam testis falsus tri-  
 bus personis est obnoxius, Deo principaliter,  
 qui cum sit ipsa veritas, & ubique, ob inmen-  
 dum contemnitur, & cum sit Christus caput,  
 & nos membra, iux. illud Pau. caput ipse, vos  
 autem membra Christi; si ergo caput in via iu-  
 83 stitiae, & veritatis, membra minime secuta-  
 fuerint, consequens est dicere membrum esse se-  
 gregata a capite Christi. si ergo sicut segregata  
 alia sequitur consequentia, quod testis qui ex  
 membris Christi erat, factus sit postea de me-  
 bris Diaboli ob falsitatem, quia non datur me-  
 dium: aut sumus Dei, aut Diaboli; non enim  
 possumus seruire Deo, & Mamonae, iuxta il-  
 lud Euangelij: qui non est mecum contra me  
 84 est, quare omnes aduertere toto posse debe-  
 mus, a falso testimonio. secundo testis falsus  
 sibi iudicium manducat, anima que sua detri-  
 mentum assert perpetuam damnationis, cum ag-  
 gag contra praeceptum diuinum; testis iniquus,  
 85 & non obtemperat legi naturae: quod tibi no-  
 86 vis, alteri ne facias. Quare testis falsus, in hoc  
 mundo reus efficitur, & si non in hoc, saltet  
 L in alio luet poenas; & contra testem à parte  
 corruptum potest iurari in litem, item quādo  
 recularet testificari ob quod pars interesse pa-  
 teretur. Plot. in l. si quando, nu. 653. cū. n. plur.  
 seq. vel si amore, odio, cupiditate, veritatem  
 deprimeret. Mascar. de probat. q. 5. nu. 22. par.  
 1. his testium memoriam per iudicem recolle-  
 87 tis, datur iuramentum testi de veritate dicē-  
 da, & debet iurare dicere veritatem super ne-  
 gotio, de quo queritur, & non aliter: tactis  
 scripturis, vt iam dictum fuit, & ad for. talis iu-  
 ramenti vide pract. Pap. in for. iur. test. & ibi  
 apostilia. lit. D. vbi habetur forma de verbo  
 ad verbum, & oīxi supra in 3. par. sub num. 51.  
 cū seq. & in Addit. lit. L. num. 72, in hac par.  
 88 Præstito demum iuramento testes secreto de-  
 bunt examinari, in iudicio, & non extra iudi-  
 89 ciūm, vt supra nu. 80. lit. N. nisi essent personæ  
 egregiæ, vulg. l. ad personas egregias, vbi la-  
 de iur. iura. tex. & glo. in cap. 2. de iud. lib. 6. &  
 communis est opinio. Alex. & cæterorum in  
 d. l. ad personas, verum in practica coram ma-  
 gnis tribunalibus parum seruatur, l. ad egre-  
 gias personas, de iure iurando, nisi essent infi-  
 mitate oppressi, vel Decrepiti, vel aliter legi-  
 timo impedimento excusati, vide tamen Fa-  
 rina. qui ampliat regulam negatiuam, 17.  
 mo. & eam limitat. 5. modis, eodem titu. que-  
 stio. 77. a num. 202. vsque ad nuinc. 244. & ne-  
 dum in iudicio debet examinari, sed notarius  
 debet scribere tunc eius verba, nec potest de-  
 ponere pro ut in cedula, Barro. in l. iuriandi, C. de test. Courru. ref. iur. ei. & Can. cap.  
 13. nu. 6. lib. 2. Hostien. 9. hanc tangentem in  
 cap. nobis, vbi Io. And. Qui matr. acc. nō poss.  
 Viui. com. op. fo. 154. vbi contraria partem  
 esse co. restatur, quā tenet Bar. in l. Theopom-  
 pus. ff. de dot. prælega. nisi testis suam deposi-  
 tionem in cedula scriptam ipse legeret iudi-  
 ci & Notarius scribebat, sed te vera non caret  
 suspitione, quia testis videtur instructus si se-  
 cuu fert cedulam, nisi dum interrogatur pas-  
 sim ipse scribat suam responsionem coram iu-  
 dice. Item quando testis esset diuersæ lingue,  
 & opus esset interprete, vt inf. num. 123. cum  
 seq. restatur Viui. lib. 1. op. versic. testimoniū ex-  
 90 minationem, fol. 265. vbi habetur ad quos  
 mittere debemus examinatorem illis, videlicet  
 qui legitimū impedimentum habent, vt  
 sunt senes septuaginta annorum, & infirmi,  
 vel qui maximo perfulgent honore simulacrum  
 dignitate. Spec. cod. tit. §. de testimoniū com-  
 pulsione, in princ. & quæ sint istæ personæ e-  
 gregiæ, ad quas debet mitti examinator, in  
 specie tradit. D. Menoch. de arbitr. iud. cas.  
 70. car. 109. qui tandem, de more concludit  
 iudicis arbitrio relinquendum esse, & Episco-  
 pus egregia persona dicitur. R. sing. 172. tu  
 audiisti; multò magis Cardinalem appellamus  
 nostris temporibus, & quemlibet alium in di-  
 gnitate constitutum, Auditorem in facti palatijs,  
 & omnes qui Illustres appellari possunt, qui  
 tamen non degenerant ab eorum sanguine,  
 & Aduocatum fiscalē, & Doctorem de illis  
 videlicet de quibus supra in 1. par. sub numero  
 142. locutus san. cæterum ignari, ambitiosi,  
 & audi non sunt in hoc numero, contra quos  
 inuicit Tull. lib. secundo, de offic. de ijs ommi-  
 bus egregiis personis recenset Caravita. in rit.  
 142. numero septimo, cum seq. & numero de-  
 cimo, ait quod ex magis communi op. non po-  
 test renuntiari priuilegio, d. l. ad egregias, &  
 92. citat. præcipue Fely. in cap. si qui testi. mihi-  
 ero tertio, de test. & tot. tit. vbi Senato. vel clas-  
 sis. qui non possunt conueniri nisi apud su-  
 premium magistratum. Hinc est, quod annis  
 93. præteritis oppositum fuit pèr Dom. præto-  
 rem Sancti Nazarij tanquam indicem ordi-  
 narium, non potuisse, nec debuisse de iure con-  
 ueniri coram maiore magistratu Papie ad  
 perhibendum testimonium, & si aliquid dia-  
 cam hoc in proposito non faciam alicui iniuriam  
 loquendo, quod de iure decer, arg. insti-  
 tu. de iniur. in princ. & quod Domin. Prætor  
 feudatarij non tenetur ire, ad perhibendum  
 testimonium coram Dom. Prætore Papie, li-  
 get maiore magistratu, est text. glo. & com-  
 muniter Doct. in dicta l. ad personas egre-  
 gias, est aliud tex. in d. nec magistratus de iure  
 iurand. quæ iura, volunt ad personas egre-  
 gias, & ad magistratus testimonij perhibendi  
 gratia iuriandum mitti ad eorum domum,  
 verum in causa criminali non habere locum  
 dispositionem dictæ legis ad egregias testa-  
 tur. Clar. quæstione vigesimafesta, ver. secun-  
 do, vbi limitat in casu impotentia. Sed hoc  
 est iudici arbitriarum, at prætor feudatarij  
 cum sit iudex ordinarius, & iuris æquè con-  
 sultus, merito non tenetur ire a 1. Domini.  
 95. Prætorem Papie, quia Iurisconsulti ab Im-  
 peratore clarissimi vocantur, in l. si senator,  
 C. de dignit. lib. 12. Dec. in l. 1. numero vigesimo-  
 primo, de offic. eius Menoch. de arbitr.  
 96 iud. cas. 68. numero vigesimo septimo, & in  
 specie, in cas. 70. numero nono, vbi egregiam  
 personam Doctorem inquit esse & bene, li-  
 get a nonnullis partibus pendantur, maximè  
 quando iudicandi ius habent. Tiraquel. de no-  
 bil. cap. vigesimo secundo, numero secundo,  
 quanto magis cu. prætura officium exercent,  
 faciunt dicta Spec. in tit. de iud. delegat. §. 2.  
 numero nono, & Federic. Schenc. cod. tract.  
 numero 41. & de authoritate, & dignitate

iudicis ordinarij, vide Doclo. omnes. l. 1. de offic. eius, & de authoritate prætoris, latè scriben. in repet. l. qui admitti. secundo facit, quia iudex ordinarius nō debet relinquere onus, & officium suum, ut alteri deferuiat. Ias. in dicta l. ad personas. & Federic. Schen. eod. tract. num. 41. vbi exemplificat in ijs, qui magistratus reip. causa absunt, est quidem distantia de uno loco ad alium plus 14. milliarium. sat est, quod perhibere testimonium, debeat absque eo, quod etiam relinquendo officium suum pergar ad alium iudicem, qui licet maior sit, non tamen est supra dictum Prætorem, vt statim dicam, & declaratur tunc testimonium dare debere, quando aliter veritas haberi non posset, ut per Cano. omnes communiter in cap. 1. & in cap. cum peruererit. de test. Alber. eod. tract. cap. 6. nu. 23. 24. & 25. & infra dicam, velle igitur, quod prætor tenetur ire, & cogatur testimonium perhibere esset dare duo specialia, quæ à iure prohibentur. d. l. prima. de dor. prælegat. tertio facit vulg. reg. quod par in parem non habet imperium. l. nam & magistratus. ff. de arbit. Socin. jun. conf. 128. vol. 1. nu. 15. Ias. in l. imperium. cum man. de iurisd. omn. iudic. nec miranda cano. opin. nam & si Dom. Prætor Papiae sit illust. & dicatur maior magistratus, ista majoritas non extenditur nisi ad suos suppositos, vel quando subditi, sive mediati, sive immediati principis ciuitatis ciuitatis gaudentes sive ciuiliter, sive criminaliter agerent cū subditis feudatariorum, ut latè declarat Boss. in titu. de for. compet. à nu. 8. vsque ad nu. 45. & ne diuersæ ferantur sententiae, fit quod maius dignū trahit ad se minus dignum. no. §. fin. institu. de iur. nat. gent. & ci. & in proposi. quo ad iudicia. vide Boss. in titu. de foro compet. num. 111. & per tot. illum titu. in quo declaratur declaratum de maiori magistratu, ut in nou. constitu. titu. de feud. ideo hoc casu declaratur suam iurisdictionem extendi posse, secus quo ad prætores feudatariorū. aliud enim est exercere iurisdictionem in subditos etiam feudatariorum, aliud in D. Prætorem Feudatarij, ut cauetur in nouis constitu. Medioli. in d. tit. de feud. & in tit. de iure & priuileg. fisc. §. vbi subditus feudatarij delictum. & tam est iudex ordinarius prætor feudatarij in sua iurisdictione, quam D. Prætor Papiae N. maior magistratus in sibi subiectos. est optimus tex. in §. & iudicare. in auth. de defenso. Ciuita. & in proposito facit R. o. conf. 293. sub nu. 11. vers. aut enim. vbi late tractat materiā iurisdictionis specialiter datæ alicui Iudici, an & quando deroger illi qui habet generale iurisdictionem. Bal. in l. si adducta. nu. 3. C. de fur. vbi ait quod quilibet in suo territorio est maior. per tex. & glo. in l. apud eum. ff. de manus. & qualiter iurisdictione per testes probetur, ponit Mascar. de probat. conclus. 946. & 947. vbi per testes singulare. potest probari, & in materia iurisdictionis nota vnum, quod licet attestations inualidæ possint cōfensus partium validari, tamen fallit quando sunt inualidæ respectu iurisdictionis. Fely. in c. cuin causam. col. 14. ext. de test. quem refert & sequitur Mars. pract. §. opportune. nu. 29. vid. §. in 3. par. ou. 37. lit. C. & quilibet limitata habet iurisdictionem, immo cauetur ex presse in addit. Decret. quod major magi-

stratus vlo modo non audeat se intromittere, in subiectis iurisdictioni feudatariorū, & decretum maioris magistratus ad vngue seruandum, prout excell. Senat. Mediol. rescripsit D. Capitaneo Martesanæ, die 19. Maij 1552. & idem rescripsit Domini Prætori Pap. de anno 1584. Ne se intromitteret in causa cuiusdam militis leuis armaturæ Hispani, qui vulneratus animo deliberato remansit a quodam subdito feudatarij, cum iurisdictione hæc pertineat ad Dom. Prætorem feudatarij, & non ad D. Prætorem Papiae, ut cauet. in decreto novo edito die 12. Maij 1559. de delict. mi lit. §. si verò sint communia ad quamvis declarationem, vide omnino Egid. Boss. in tit. de for. compet. à nu. 8. cum plur. seq. nec D. Prætor. Papiae, licet maior magistratus sit, habet merum, & mixtum imperium, quia recognoscit Principem, & Excellentiss. Senatum, & eodem modo tenetur seruare iura, & constitutiones, sicuti quilibet aliis iudex ordinarius feudatariorum, quod optime demonstrat Menoch. de arbitr. iud. q. 91. n. 10. car. 73. Nec obstat, quod per Dom. Iudicem Pap. Affessorum in contrarium deductum fuit, videlicet quod Excel. Senatus non obseruat. l. ad personas egregias. de iur. iuran. nisi in quibusdam casibus valde necessarijs, quia non licet arguere de vno ad aliū, nec de maiori ad minorem destruciue, nec de minori ad maiorem potestate absoluta; nam Excell. Senatus dicitur rex representans regiam maiestatē, & potest O facere & non facere, & miratus sum aliquando audiuisse meis auribus, Virum principalem in magna potestate constitutum, cuius calceamenta tangere neminem posse autu. nant, de tali ac tanto tribunali obloqui, & ifridere. verum enim vero, est Senatus Mediolani omnibus Principibus exemplum Iustitiae, & Scientiae, nec vnamquam satis laudatus erit, sed D. Prætor est iudex & inferior ab Excell. Senatu. ergo & de vi. huius are. habetur latè per Euerar. in sua centu. & Menoch. de arb. iud. q. 54. n. 28. car. 37. vnde cum de vno ad aliud non bene inferatur propter rationem diuersam, meritò obiectio supradicta vana est in proposito nostro. stat igitur firma opinio hæc, quod prætor feudatarij non tenetur ire nec parere maiori magistratu, nisi in casibus à iure expressis, vel aliter appareat de mandato principis, vel Senatus. & re vera est admiratione di gnū, quod si disputatur de iurisdictione inter maiorem, & minorē magistratum, & videatur concessum maiori magistratu cognoscere super huiusmodi disputatione, contra regulam in l. qui iurisdictione. ff. de iurisdic. omn. iud. & to. tit. C. ne quis in sua causa iudicet. faciunt in simili adducta pet Felyn. in cap. prudentiam. num. 4. de offic. deleg. Nicol. Anto. Grauar. lib. 3. cap. 9. nu. 20. ad vestrum. quos refert, & sequitur Soarez. recept. sent. in verbo iudex alterum iudicem. nu. 239. vbi perperam inquit sensisse Rot. in contrariū. Decis. 153. scio etenim quid per hæc verba inferre volo. Vnde concluditur, quod prætor feudatarij, qui est rogatus, dicitur egregia persona, & non tenetur relinquere officium terræ Sancti Nazarij, quæ est terra insignis, & ita ab Excellen. Consilio secreto Mediolan. de anno 1584. decretū fuit in contraditorio iudicio, & meritò quidem, cum sit de nobilioribus

bus terrarū Lumellinæ prouinciaæ, & excepta  
Papiæ ciuitate, forte dici potest prior cæterarum  
omnium, siue respectu magnitudinis do-  
morum, habitationis, & situs, siue respectu ha-  
bitatorum, in qua nobiliores Papienses vitam  
quietam, & felicem ducunt pro maiori parte  
anni, de qua late scripsit D. Saccus, in eius de-  
scriptione Lumellinæ in Chronicis Ticinensi-  
bus, ad quæ propriè vos remitto; sat est quod  
Do. Prætor feudatarij, si ad eum tanquam ad  
personam egregiam mittatur examinator ab  
Illust. D. Prætore Papiæ, quod possit ferre te-  
stimonium, in ijs quæ respicere videtur Reg.  
Cameram, alias non teneretur de iure, & vide  
præct. Stiac. in materia, in c. 17. a num. 1. vsque  
ad nu. 20. vbi citat omnes. Quare mi Domini  
Prætores feudatariorum vigilate, ne iurisdic-  
tio dignitasq; vestra euaneat, quivero non  
sunt togati & prætoram exercent in paruis vi-  
cis, & locis non insignibus, arbitror nō ita de  
facili excusari posse. Nam ratione adiuncti  
conceditur, quod simpliciter non concede-  
retur, l. Imperator, la 2. ff. de stat. hom. vi. Mar-  
fil. in præct. §. diligenter, nu. 123.

115 Ad propositum nunc redeundo, si iudex ne-  
queat habere ad se testes, vt quia sub aliena iu-  
risdictione existant, ex consuetudine concedū-  
tur literæ subsidiales, & mittitur ad iudicem  
illum, qui aut testes examinandos mittat, aut  
ipse examinet, & referat, ita Feder. Schen. eo-  
tra. nu. 9. cum seq. tex. in c. si quis testium. ext.  
eo. Carauit. super rit. magn. Curiæ. 157. num. 7  
& Augu. ad Ang. in verb. qui iudex statuit cir-  
fi. Curt. eo. tra. concl. 29. n. 60. & seq. Clar. §. fi.  
q. 26. qui dicit examinari testes ab alijs iudici-  
bus, per literas subsidiales, hoc concedendum  
117 non esse, nisi ex urgenti necessitate, propter  
timorem subornationis, vt aduertit Bal. in au-  
th. apud eloquentissimum, C. de fide instrum.  
quam Auth. non habere locum in Principe se-  
culari, aut Ecclesiastico ait Clar. d. q. 26. versi.  
vnum scias. Hipp. in l. de minore. §. plurimum  
quoque, nu. 16. de quæst. Fel. in c. cum causam  
nu. 29. de test. Cæph. consil. 100. nu. 24. Viui. cō-  
opi. li. 1. op. 362. & Soarez. recep. sent. versi. te-  
stium examinatio. num. 262. quod procedit in  
ciuilibus; sed in criminalibus de iure communi  
fieri prohibetur: quia in criminalibus, nec  
alteri eiusdem, vel alterius ditionis iudici re-  
118 stium examinatio committi potest, vt esse  
commune in testatur Viui. lib. 1. opin. 263. &  
Clar. d. q. 26. ver. sed quæro. & Soarez. hos al-  
legans d. ver. testium examinatio, num. 263. &  
Florentiæ nunquam vidi in causis criminali-  
bus committere examen testium alteri iudici  
sed opus est vt testes veniant, vel ob impoten-  
tiam examinator mittitur ad eos & multo mi-  
nus essent concedenda literæ subsidiales ad  
illos iudices qui questui inuigilant, & de qui-  
bus in tract. de Brac. Reg. par. 5. num. 148. vbi  
de ementibus officia. Nec ad illam locum in  
quo de malo more testes illius loci facillime  
deierare solent, vt aduertit Rot. Bonon. Deci-  
sio. 74. & Grammat. Decisio. 41. num. 17. alios  
etiam adducit Farinac. eo. tractat. quæstio. 77.  
sub nume. 25. 26. & 27. & per tot. illam quæst.  
vbi de multis requisitis circa concessionem re-  
missorialium.

P Est tamen dare casum quando causa est cri-  
minalis, & veniret pœna pecuniaria leuis, &  
multum expenderetur, si examinator mittere

tur, vel testis existens extra, vel longe a iurisdic-  
tione veniret ad testificandum, quia per lite-  
ras subsidiales deberet examen committi. tex.  
in l. generaliter, §. Hjs. C. de iur. iura. & in Au-  
thent. apud eloquentissimum, C. de fid. instru.  
Corset. singu. in verb. expensa. num. 2. Abb. in  
cap. cum causam, de test. tamen in hoc stan-  
dum est consuetudini, vt dixi, & obtempe-  
randum necessitat, vt maximæ Reginæ, quæ  
legem non habet, non iubet, non habet impe-  
rium, nihil boni affert, & tamen omnes obe-  
diunt ei. Federic. Schen. eod. tracta. nuin. 12.  
Grammat. consil. crim. 41. num. 16. Affict. su-  
per prima constit. Reg. rub. si princ. post num.  
2. & haec forma examinandi testes ext. territo-  
rium habetur etiam ab Asin. §. 21. c. 4. & Car-  
pa. de statu. c. 66. nu. 44. vbi multa cumular. &  
hoc locum habet inter iudices sub eodē Prin-  
cipe, & sub eadem ditione subiectos, & non  
aliter, vt trad. Doc. in l. 1. ff. de req. reis, & com-  
munem testatur Aret. consil. 135. col. fin. testa-  
tur Ias. in l. fi. nu. 14. de iurisd. om. iud. Quam-  
uis contrarium teneant Cano. prout refert A-  
ret. d. consil. 135. & Foller. præct. crimin. folio  
120 40. nume. 27. Nihilominus in foro ecclesiæ  
sua seruabitur opinio, & in foro Cæsaris op-  
nio legislatorum, quæ etiam videtur magis ap-  
probata, nec rejicitur in præct. etiam a Curia  
Romana, nec veratur peccatum quamlibet  
harum tenere, sed a communi legislatorum  
opinione non est recedendum, vt inquit Clar.  
Q. fin. quæst. 31. versic. posset. in fin. Sed in om-  
inem casum non potest Delegatus simpliciter  
ad examinandum testes alteri dictum examen  
subdelegare. Abb. in c. cum Bertoldus, de sen-  
ten. excommu. nisi partes assentirēt. Minsing.  
obseru. 41. centu. 3. & vi. glo. in cap. statutum,  
de præscript. lib. 6. vbi nudum ministerium e-  
xaminandi testes committi posse dicitur. Ca-  
pell. Tolos. decis. 12. vbi loquitur de subdele-  
gato, ac de alijs. sed vi. Capic. Decisio. 142. nu.  
3. & 4. vbi dicit quod non possit delegari quia  
videtur electa industria personæ. sed quo ad  
dictamen, & interrogandum certe per alium  
Actuarius non potest feruire, sed quo ad scri-  
bendum tantum sic. & ita opinor reconciliari  
dictas opiniones, & in causa civili: secus in cri-  
minali, vt inf. num. 127. & Spec. eo. tit. §. qua-  
121 liter autem, in fin. & de supradictis subsidia-  
libus literis, & de remis. & dimissorijs, habe-  
tur penes Fely. in cap. cum causam, vbi etiam  
alij, extra de test. vi. D. Pacia. consil. 13. & con-  
sil. 138. & præct. mod. Stiac. cap. 6. per to. & ibi  
122 dicit ex quibus causis literæ dimissoriæ non  
sunt concedenda, primo in causa modici præ-  
iudicij; secundo quando quis producere po-  
tuit testes, & non produxit; tertio quando ap-  
paret per calumniam illas petere. hinc est,  
quod pars impetrans litteras iuramentum ca-  
lumniæ subire tenetur, l. de die, §. iubetur, ff.  
R qui satid. cogan. & pendente termino exami-  
nandi testes extra territorium, si pars aduersa  
vult interim quod coram iudice examinen-  
tur sui testes, potest iudex concedere, dummo-  
do pars citetur si compatibilis erit citatio. A-  
sin. quæstio. 21. cap. 6. Item si testis iurauit co-  
ram iudice cause, sed antequam examinaretur  
iuit extra iurisdictionem, si impedimen-  
tum est legitimum, poterit eius examen com-  
mitti habita fide de impedimento illi iudici  
in cuius iurisdictione degit. & talis fides

per iuramentum fieri sat erit, si ita etiam Iudici videbitur, Menoch. de Arb. iud. cas. 118. nū. 2. quia iuramentum testi præstitum coram iudice cause intelligitur, nisi superueniente legitimo impedimento, glo. 1. c. breui. 1. de iure iuran. & Menoc. vbi de impedimento. de arb. iud. d. cas. 118. & multa congerit Mascard. de probat. consil. 884. volum. 2. & testis qui sine examine aliquid confitetur ex dicta confessione non debet damnum pati, Fran. Mar. decis. 123. 95. par. 2. vid. inf. num. 177. Est etiam secundum, quod testes alendi sunt expensis productentis, quæ opinio communis est, & tenet Buttrig. eod. tract. num. 2. Alberic. nume. 85. Boss. num. 153. cum plu. sequen. vbi etiam dicit idem de mercede examinatoris, & de salario iudicis, quæ omnia sunt ab utraque partium soluenda, si ad utraque partis instantiam testes ad testimonium perhibendum sint vocati, secus si ad instantiam unius partis tantum, quia pars ista tenetur ad supradicta omnia. At quā 125 do ex officio iudex vocat testem pauperem distantem a loco iudicij, tunc expensis fisci arbitror esse alendum, quia pro fisco, seu ad instantiam fisci veniret, sed si causa esset eius speciei in qua tractaretur de publica utilitate, forsitan secus dicendum esset, & in hoc proposito 126 suto est videndus Aret. & Fel. in d. c. testimoni. de test. & quādo per iudicem examinator mittitur ad aliquam personam egregiam, expensæ debent subministrari communibus partium impensis, ita dicente D. Menoch. de arbit. iud. cas. 228. car. 225. licet viderim expensis tatum productentis fieri, & videtur tex. de hoc. in causa mulieris. de iud. tenet Gaspar Caball. milleloq. 936. par. 2. & nouissime per Asini. in eius practic. §. 23. vbi latissime. Et salarium deberi testibus de longinquō venientibus ait Caroc. tract. locat. & conduc. tit. de test. cog. in 2. pa. quāl. 6. quia testimonium non debet esse damnosum testi, per l. si quādo, C. de test. & ibi subnum. 5. d. quāl. 6. ait signatores cogendos esse ad recognoscendum signa. l. cum ab initio. ff. quem ad. testa. ape. & in resarcendo damnum testi habenda est ratio, de eo quod solitus est lucrari in tanto tempore, quantum stetit ad testimonium perhibendum. Silua. nup. lib. 3. in ver. monitorie. Feli. cap. 1. de test. Caroc. vbi sup. num. 9. qui tamen sub nu. 17. contraria partem veriorem ait cum declaratio nibus de quibus ibi, nihilominus pro victu, & alimentis potest recipere pecuniam, maxime quando de eius industria vivit, habita ratione qualitatibus eius, in quibus expensis compræhenduntur expensæ equorum, cap. veritatis. 4. q. 3. Alber. in l. si quando, de test. idem Caroc. vbi sup. nume. 48. & quando sunt testes alendi præseriat in causa ciuili (quia in causa criminali solum ad defensam venientes ali solent) est habenda pariter ratio de expensis quas domini sua fecissent. Alber. eo. tract. de test. nume. 84. ca. 17. de quo tamen dubito, & qualiter sint probanda expense, vid. Mascard. de probatio. conclusio. 715. & 721. vbi per testes domesticos probantur, & de multis alijs modis probandi expensas habetur apud eundem Mascard. conclusio. 724. 725. 726. vo. 2. Sed si refricaretur in cubili, at in causa ciuili ambae partes tencantur, solvere salarium, aut mercedem, vel una pars tantum, vel altera pars tantum litigantium pro capitulis ab eo productis, an

alia pars pro interrogatorijs, dico quod in practica seruatur quod pars qua fecit examinari testes tenetur, & non pars aduersa, Ioan. And. ad Spec. tit. §. nunc tractandum & §. qua liter, Rot. decis. 27. in antiquis, sed in repetitione qui dat interrogatoria soluit expensas. Homod. consil. 101. num. 25. tenet Tranquill. Ambros. de process. infor. lib. 3. cap. 2. num. 10 cum sequen. vbi de expensis pro testibus Repten. Testis autem qui cogitur ire ad perhibendum testimonium, si forte litem ciuilē habet in suo foro, si pro causa criminali cogatur restituendus est ad ea quæ occasione talis absentia sibi præjudicare potuerunt. ex clausul. generali. de qua in l. doli. de ver. ob. D. Sforz. eod. tract. de restitut. in integ. quest. 6. nu. 39. & 177. sed si pro causa ciuili, cum non possit cogi, & tamen vadit sibi imputet. c. damnum, de regul. iur. in 6. nisi causa esset principis, aut communitalis, vel valde ardua, & pritilegia. ta, vt est causa Ecclesiastica, & Matrimonialis in quibus tenentur omnes perhibere testimoniū, & cogi possunt, cap. 1. 2. & 3. de test. co. g. bonum est protestari ne sibi labatur tēpus in sua causa ciuili, & stent omnia in suspensiō, donec cessauerit tale impedimentum, & quibus causis suspensiones hiant, vi. Ias. & Doc. in l. 1. de ser. & suspensionis causa cessante omnia pristina iura recuperat. per adduc. a Tiraquel. in tracta. caus. cessant. in verb. suspensiōnis causa cessante, & Ianua extat statutum in materia suspensionum, tit. de temporibus, & instantijs cap. 23. lib. 2. vid. sup. in 3. par. num. 127. 37. lit. C. Dum ergo iudex examinare incipit testem, debet ei capitula legere de verbo ad verbū, apta, clara, & intelligibili voce: nam quandoque testes sunt utro citroque montani, aliquando rudes, aliquando non habent perfectum auditum, ideo in hoc est animaduertendum, vt quam possibile sit intelligent, & audiant omnia ad vnguem, super quibus, & circa quæ sunt examinandi, vt in proposito, & non extra propositum vagentur, li. ad probationem, C. de proba. cap. per tuas, de 128 test. l. 1. C. eod. Pariter ad vnguem sunt scribenda depositiones testium, & eorum dicta de verbo ad verbum, tam pro, quam contra, & per actuarium penes acta redigenda, Spec. §. nunc tractandum, versic. fidelis, num. 22. eodem titu. & vide omnino Hostien. in cap. nihil, de verbo. sign. qui valde reprehendit notarios de pigritia, & de imperitia quoad hanc omissionem, & prac. Stiac. cap. 16. nu. 45. cum plur. sequen. Farinac. eod. titu. quest. 80. num. 99. & teste pract. cap. 16. fol. 128. vrinam Notarij in recitandis processibus coram Iudice vel Magistratibus, ne aliquod substantiale omittant, vel addant oretenus, licet inaduertenter; quoniam valde periculosest, ne iniustitia pro iustitia fiat. Veh vobis qui dicitis bonum malum, & malum bonum, & infr. dicam alioquin ea mensura mensurabuntur, qua me si erunt, & digito ligat qui legis, vt intelligas, & vi. sup. in 4. par. num. 132. litt. P. & debent in scriptis redigi geitus, titubationes, ac vacillationes, squalores, & trepidationes testium, pro vt seruatur in practica, & docet Bal. in l. presbiteri, num. 1. & 2. C. de Epis. & Cler. & si iudex mandauerit notario, vt aliquid predictiorum, vel similiū scribat, quod ipse notarius dum scribebat non vidit, debet scribere,

ge tunc Dominus Iudex &c. ordinavit hic scribi testem hunc trepidare, & in vultu squalidū venisse, ad prædictam, vel infra scriptam interrogationem. iux. dicta Fely. in c. quoniam contra. col. 27. vers. 4. de probat. vid. infra, n. 139. tamen notarius quantum fieri potest curabit videre, & audire omnia, ut fidem verè faciat. & si verba testis sint in vulgari sermone prolati, non posunt redigi in latinum. Vel quia occurrere potest quod testes sint aduersariū linguarum Hispani, Galli, vel Teutonicī, vel aliter, & iudex & notarius non intelligent illorum sermones, tunc duo interprētes (ū haberi possunt) sin minus saltem unus est adhibendus secundum ea quae supra dixi, n. 250. in anteced. par. & Notarius debet scribere talis testis talis nationis iuratus super articulis sibi à tali interprēte bene explicatis, & interpretatis depositus ut inf. in sua tamen lingua à tali interprēte Domino Iudici, & mihi Notario inevidenti declarata; si vero non possit haberi interpres, est transmittenda copia ad Iudicem nationis dicti testis, vel expectare quod interpres veniat. vid. Bar. in l. 1. §. fi. de ver. ob. Nell. eo. trac. n. 88. oria. n. 18. Nec testis debet deponere pro vt in cedula. Bal. in l. ius iurandi C. de test. Couarru. resol. iur. Cano. c. 13. dixi sup. nu. nisi forte esset mutus qui legere, & scribere scit vt infra, nu. 172. lit. m. & supr. nu. 89. sit. P. quando daretur occasio referendi processum, tunc eo modo vulgariter prolati scribenda sunt, vt admonet Bar. in l. si quis filiabus, nu. 5. ff. de testa. tut. & nuperrime dū essem delegatus in quadam causa, & testis coram me examinaretur per quandam actuariū fori Papiae, volens ille verba illius testis redigere in lingua Tusca, vt melius intelligeretur eius depositio, scribebat quidem, id quod testis non deposuerat, immo quod diuersū, quo casu valde de eo actuario admiratus, dixi illā nō esse nec veram, nec iuridicam practicam, 230 & simplicitas notarij nō debet nocere. text. in l. fi. ff. de fideiuso. Marf. prac. §. supereft. nu. 13. & 14. Ast caueant Notarij ne aliqua verba scribant, vel in recitandis processibus coram Iudice proferant quorum virtus alter sit pro lata à testibus; quoniam qui talibus vafricij, & fortè subdolis cautelis vtuntur ad gehennam edificant, vt ait Crauet. in Reper. Rubr. de lega. 1. sub nu. 154. car. 702. & Iudicium bona mens, & recta intētio eos non excusabunt quia tenentur videre. sunt etiam alij, adeo amici de secundo sanguine, id est, de pecunia, qui omittunt scribere, id quod contra fiscum testes deponunt, sed quod facit pro fisco tantum actuarius scribit, & iste faciens pro fisco, non facit pro Christo, merito redarguendus tanquam carnifex Diaboli, vt etiam redatquit 131 Clar. §. fi. q. 24. versic. 1. Aliqui etiam abutendo scribunt testem tamē dixisse in omnibus, & omnia, vt alias testis dixit, quod est contra veriorem omnium sententiam, vt per Hostie. vbi supra dicto cap. nihil, & Dec. confil. 448. 132 nu. 24. Aliqui dum de ratione testem interrogant, scribunt depositus, prout supra, & re vera abutuntur, quoniam respectu verborum potest cognosci an falsitatem dicant, seu de tempore, seu de causa, & can clatè, vel obscurè, trepidè, vel intrepidè. Itē an testis se ingerat sua sponte, vel extra interrogata respondeat, vt in l. de ætate. §. tacuit. ff. de interro. act. vel

verba aliqua dicat, vt puta certo è un gran triffo, aut, ne ha fatto dell' altre, & huiusmodi, quia videtur suspectus. Innoc. in c. inquisitiōnis. vbi glo. in ver. id facerē. de Aeculat. Bruna. à Sole. q. 51. nu. 59. Bald. in l. p̄emptorias. in fi. versi. quero. C. de sent. rescin. non poss. Petrus Ruae. fin. 446. vi. Rip. in Auth. sed nouo iure. C. si cer. pet. & alios vt ibi in Apostill. lit. a. Federic. Schenck. eod. tract. nu. 2. fol. 108. & nu. 35. fol. 111. spec. eo. tit. §. 1. nu. 64. Et in propos. de ijs qui nimis audacter deponunt, & cū magna affectione, vel affectate. vi. Farinac. d. tract. q. 60. nu. 29. vsq; ad nu. 40. vbi etiam de teste dubiose morose, verbosē, repēte animosē ac beneuelle respondentē. Est pariter suspectus testis qui deponit ultra, vel extra capitulata. Bart. in l. si duo patroni. & ibi Dec. ff. do iur. iuran. intantū quod testis super fama productus non probat, etiam si de veritate deponit. Bald. in l. momentaneum post glo. C. qui legit. perso. nisi producens ignoret, quod testis esset de veritate productus, idem quando interrogatur de possessorio, & responder de proprietate: sed quando non valeret dictum nisi extra capitulata testis deponeret, non dicatur suspectus. Item quando super emergentibus deponeret Māscar. de prob. concl. 1365. conferunt dicta supra in 2. par. princ. nu. 158. lit. h. Poterit tamen testis interrogari extra capitulata, & non dicitur in hoc suspectus, quia interrogatus respondet, & sic non se ingredit. maximē si iurauit dicere veritatem iuper tota causa. Oria. in c. quoniam contra, de probat. nu. 51. & iurando simpliciter dicitur iurasse super tota causa. Felyn. in c. fraternitatis de test. & intelligitur etiam iuratum super deponentibus, & connexis. Alex. in l. 2. de iuris. omn. iud. Pacia. de probat. c. 26. nu. 56. lib. 1. & quæ dicantur dependentia, & cōnexa ibi ponit, & in c. 28. in Addit. Menoc. ante cū pulcrē cas. 95. de arb. iud. & q. 45. vid. sup. nu. 68. lit. S. p. 2. vi Farinac. d. tract. q. 71. car. 283. nu. 1. & 2. cum seq. & q. 72. & 73. 74. & 75. vbi latē circa qualitatem responsionis Articulorum, & huiusmodi. Aduerte tamen, quod licet testis non debet respondere extra interrogata, seu capitulata. Spec. de test. §. 1. nu. 64. nihilominus ex causa potest interrogari ext. capitulata, & non reprobatur. spec. nu. 65. & an per vnum eundemque præmeditatum sermonem deponant, vt dicta l. 2. ff. de testam. & Iasi. in l. 2. C. de bon. poss. secun. tab. Alex. consil. 33. vol. 3. & conf. 91. volum. 4. vbi dicit an 133 testes verisimilia deponant, colligitur ex narratione verborum. Riminal. in l. 1. col. 5. in princ. de no. oper. nunc. Spec. §. 1. versicu. Item quod est verbosus. co. tit. nostro. & prac. Stiac. dicto cap. 16. à nu. 45. vsque ad num. 65. 134 quibus in locis habetur, quantum sit necessarium verba testimoniū ad vnguam in scriptis redigere. Sed quando testis esset examinatus in causa criminali, consilium est, vt prius super facti serie iudex oretenus audiat illum, deinde super negocio recipiat eius depositio in scriptis, vt per Clar. §. fin. q. 6. 23. quod iuuat plurimum, vt apparere possint, an fuerint subornati necne, vt dicunt Docto. in l. testi. ff. de prob. & si in aliquo testis apparuerit suspectus, tunc cautela est variare circa interrogatoria, nec ordo seruandus, immo modo super primo, modo super quarto, rursus super

super secundo interrogatorio licebit examinare testem, quam cautelam ponit Spec. dict. §. nunc tractandum. nu. 3. & quod hoc potest fieri, tam in processu informativo, quam etiam in processu defensio, quando subet timor sub 136 ornatioris, vel falsitatis, quo casu licet iuuandi dici in hoc cauillare dicta testium, vid. inf. nu. 271. lit. L. licet reuelariter sint potius ad iuuanda, & concordanda, quam destruenda, ut dicit Clar. d. quæst. 23. versic. 1. in fi. allegat Azo. in sum. C. eo. & Grammat. consi. crimin. 1. num. 9. & quo ad concordiam vi. etiam Sebastaia. Maff. in reper. I. si quis pro emptore, nu. 23. fol. 17. vbi distincte loquitur, & in summa concordantur testes quando obscure loquuntur, quando concordia est compatibilis, quando æquiuocè loquuntur, securus quando clarè, & aperte. & uno modo, ut probent, alio modo, ut euident per iuriuum. ut dixi supra, d. 138 nu. 178. lit. g. p. 4. & passim per to. hunc tract. & testem esse suspectum, in actis redigi oportere, ait idem Clar. ibi, & de mente Bar. & aliorum. in l. iusurandi de iur. iurani. & Bal. in l. fi. C. de eden. & an suspicio falsitatis habeatur pro falsitate in criminalibus, vide Boss. in titu. de fals. n. 14. & archid. in cap. memoriam. 19. distinctio. qui dicit per suspicionem tantum nunquam sequi condemnationem. in titu. de conuict. nu. 54. fol. 91. quod intellige, ut supra dixi nu. 178. in ante. & quo ad interrogatoria à parte exhibita scias, quod non datur eorum copia parti aduersæ, ne instruatur ad subornandum testes. ut trad. Doct. in l. is apud quæ. C. de eden. & Cano. in c. per tuas de test. sicut etiam non datur copia de nominibus testium examinandorum. Marant. pract. de ord. Iud. in 6. par. actu. 10. nu. 49. & 52. Alber. eo. tract. p. 1. q. 7. nu. 102. vid. supra. nu. 10. lit. C. in hac par. sed copia articulorum bene est danda parti contra quam quis probare vult, & tam capitula quam interrogatoria sunt in actis ponenda. c. quoniam contra falsam. extra de proba. vid. sup. nu. 126. lit. Y. vers. sed si rectificatur. vi. Clar. §. fi. q. 23. vers. Item quero. In examinatione autem testium multa considerare debet iudex, ultra ea quæ superius dicta fuere, & primo an vacillet, aut trepidet, vel mutetur facies, aut verba ex ore prodeant pedetent per vim, & ut vulgo dicitur *si faccia cauare le parole fuori di bocca con le tanaglie.* quia ijs superdictis modis posset in certis casibus deueniri ad torturam, secundum Doct. in l. nullū. C. eo. & Boss. in tit. indie. considerat, ante torturam. nu. 41. & seq. Bald. in l. & presbyteri, col. 2. in princ. C. de epis. & cler. & ita possent testes torqueri, tam in ciuili, quam in criminali. §. si vero ignoti. vbi Doct. in authen. de test. Cephal. consil. 40. Alex. conf. 63. vol. 1. & est communis opinio. testatur Viui. co. opinio. in verb. suspectus testis Marant. actu 14. num. 6. qua de re, illi qui aciein occulorum distortam habent, & ut vulgo dicitur sunt lusci, vel visum habent curvum, & indigent specillis, non possunt discernere, quo vultu, quo colore, qua trepidatione testis aut Reus deponat, & ideo carent hac qualitate visus, quæ summopere necessaria est in iudice, alioquin falli potest, nec per specialia satis pñsum est cù vel plus vel minus videre faciant. Et ultra ea, quæ supra in proxima præcedenti parte scripta sunt nu. 105. lit. g. & num. 155. cum seq. in materia

torturæ, & ea, quæ infra dicentur in fi. huius. §. par. vbi de Brachio Regio verba factu rūsum, dico quod in causis ciuilibus quando a littera veritas haberi non potest, servi etiam alieni torqueri possunt, per l. Diuus. ff. de quæstio. Item liberi homines viles, quando aliquis liber argueretur de falso. ca. 1. Depos. & l. sicut falsi. C. de fals. secundum distinctionem Bart. in l. ex libero. ff. de quæstio. vide, sed in causa criminali etiam quod ageretur de pena pecuniaria, ad eruendam veritatem testes liberi & suspecti utique torqueri possunt, ut per eundem Bart. in d. l. ex libero distinguenter, & ita obseruatur, & etiam quo ad reos principales posset deueniri ad torturam, quæ dicitur remedium extraordinarium, ut not. Bald. in l. 2. D. quorum appell. non recip. non obstante eo quod dicit Clar. §. fi. q. 64. versic. præterea contra quem tenet Paul. Ghirlan. tract. de quæstio. & tortu. quæst. 7. & seq. vbi ait procedere in causa ciuili habente annexū delictum, & in criminali si testis sit persona vilis, & vacillet, etiam non præcedentibus inditius alijs, sed ex sola variatione poterit torqueri, per l. fi. C. ad leg. Iul. de sicut. & Bart. d. Lex libero de qua viltate prius costare debet, & interloqui. per l. vnius. §. teste. ff. de quæstio. Bru. de indic. & tortu. 4. q. 2. p. num. 12. & 15. vbi non esse disputandum cum Aduocatis ait, circa inditia contra testem. nam arbitrio iudicis hoc relinquitur. l. 1. de test. securus circa in ditia que sunt contra Reum, nam existentibus alijs inditius validis, viles & ignoti non debent torqueri, tamquam viles, nisi in casu falsitatis, vel veritatis tacenda. Bart. in l. in criminalibus. §. idem Cornelio. num. 2. de quæst. & quamvis arbitrio iudicis relinquantur quæna sunt inditia contra Reum ad hoc ut testes tanquam viles & ignoti torqueri possint. l. 3. §. eiusdem, quoque de test. & Exc. D. Menoch. de arb. iud. cas. 270. nu. 2. tamen Bart. in l. qui sine num. 5. de quæstio. id exemplificat pluribus modis, quibus cognosci potest certitudo indiciorum: & ideo si contra Reum nullum aliud esset inditium, nisi illius testis qui propter solam vilitatem esset torquendus in sup. non posset deueniri ad torturam contra huiusmodi testem; aliud est enim torquere testem tanquam vilem, aliud tanquam vacillantem, & suspectum, ad quod recurrendum est, & allegat Bart. distinctionem in d. l. ex libero, & in adhibenda tortura testibus aduentendum est, ut à magis suspecto inchoetur, nisi ab alio verisimilius veritas habeti possit. Bald. in l. 1. de quæstio. Mars. in sua pract. crim. §. expedita. num. 49. multa alia in proposito docet. Et quia supra dictum est quod testes possunt torqueri, quando scilicet sunt viles, infames, servi, & ignoti, & vagabundi pauperes, de quibus supra in 4. par. nu. 105. lit. g. & num. 155. cum seq. queritur nunquid debet dari terminus huiusmodi testi ad se defendendum, ne propter illam qualitatem ob quam est torquendus, torqueatur. & Bart. hanc q. mouet, & resoluta in l. vnius. §. Index. nu. 2. ff. de quæstio. per text. in l. custodias. ff. de pub. iud. & dicit quod istæ qualitates non tangunt negotiū principale; & ideo debet assignari dictus terminus: nam posset testis ostendere se non esse tales qualia alij testes dicunt, vel per partem deducitur, & præterea non debere torque-

torqueri. Boff. verò in titu. de manda. ad occiden. nu. 30. inquit prius debere examinari exceptiones quae contra testem opponuntur, & ita seruat vniuersus mundus, sed Clar. in §. fi. q. 25. §. solet in fin. dicit quod ipse in practica nunquam vidit seruari, nam Iudices semper torqueri faciunt testes absque villa disputatio ne, quod tutius est propter timorem subornationis. sed idem Boff. in titu. de tortura. testiu. num. 38. ait, quod copia Indiciorum est dan da testi si petat, quād scilicet tractatur de exceptionibus tangentibus personam testium, secus quando testis esset torquendus tanquam varius, vacillans, aut mendax. de quibus, sup. nu. 86. 139. & alibi dictum est; nam hæ exceptiones tangunt negotium principale, resultant enim ex examine, & depositione testiu, ideo relinquitur arbitrio Iudicis; qui si non deber prius examinare dictas exceptiones, vt per Bar. in d. l. vnius, §. Iudex. de questio. nám ex actis constat de eis, & acta faciunt rem notoriā. c. quo niam contra. de probat. Lap. allegat. 81. nume. 3. & 5. & in notorijs ordo est ordinem non seruare. vt sup. num. 67. par. 1. Ceterum si tractaretur de statu hominū, vt quia tanquam seruus esset torquendus, & testis allegaret se liberum, licet plures testes dixerint esse seruum, nihilominus in hoc casu vbi tractatur de libertate tam preciosa. l. libertas de reg. iur. etiam terminus cum copia Indiciorum deberet dari testi antequam torqueatur, ne liber tanquam seruus crucietur, cōtra tex. l. ex libero, & l. Diuus. vbi Bar. ff. de quæstio. & ideo aliae exceptiones tangentes personam testium si ex actis constabunt, non erit opus eas examinare, nec etiam si Iudex ipse erit certus ex alio illas esse veras, & ita est intelligendus Clar. in d. versi. solet, & propterea Iudex debet scribi facere in actis esse ipsum certum, & rationem certitudinis etiam in actis ponere, & hoc modo versabitur eius arbitrii; sed vbi Iudex non est certus, tunc debet examinari prius exceptiones, & sic cum Boff. in d. titu. de tortu. testium, sub num. 396. maneo. faciunt quæ dixi sup. n. 145. in 2. par. & vi. Baier. ad Clar. q. 25. vers. torque 141 tur testis. Et quando oritur suspicio contra testem, quod falsum dicat, tunc de loco, & tempore, & de vestimentis est diligenter interrogandus, vt docet gloss. in ver. ex tempore 3. q. 5. in testib. & §. licet dudum. Auth. de test. 142 Federic. Schenc. eo. tract. nu. 46. Hinc est, 143 quod testes Susanæ capti fuerunt in sermone, quia vnu depositum de fico, alter de pinu. & in hac interrogatoriis materia minime discedas à documentis Spec. patris præt. eod. titu. §. iam de interrogatoriis, nu. 11. visq; ad nu. 19. & reliqua de interrogatoriis profe 144 quinini vt infra. Item ponderanda sunt verba testium, nunquid deponant per verbum, credo, mihi videtur, aut non recordor, vel de auditu alieno, vel quia longe à verisimili deponat, aut nimis confusè obscureque: nam re 145 gulariter testimonium de credulitate non tenet, quæ opinio est communiter recepta à Doct. in l. testium. C. eod. vbi Cyn. & Alex. & Bar. in l. 1. ff. de ventr. inspic. testatur Panorm. in ca. quoties. de test. Viui. comm. opin. lib. 1. op. 373. vbi limitat pluribus modis. Spec. eod. titu. §. 1. versic. item quod depositum de credulitate, præt. Pap. in for. op. contr. test. glo. vt.

ratio assignatur, quia videtur testis magis iudicium facere, quam testimonium perhibere, nisi tale testimonium de credulitate daretur à peritis, quia eo casu valet, vt supra dixi. nu. 51. in 1. par. vel nisi testimonium tenderet ad innocentiam adiuuandam, vt per Panorm. in cap. 1. de sum. trin. & fide cath. quod sine dubio procederet præstito iuramento calumniæ, & communis est sententia testem depo nentem per verba, iudicio meo, non tenere, vt dicit Cur. iun. consil. 165. nu. 17. nisi etiam affirmet expressè, vt declarat Crot. eod. tract. num. 343. Tind. ibidem par. 1. cap. 1. num. 1. Clar. §. fi. q. 54. versic. vnu etiam, & Soarez. recept. sent. in verb. testis verba. num. 136. de bet namque testis deponere per alterum ex quinque sensibus corporeis, vt dixi supra numero 85. in secunda parte, & quod credulitas 147 magis pertinere dicitur ad iudicem, quæ ad testem, est text. in l. 3. §. primo, ff. eod. ibi, quid aut cui credas, aut quid probatum tibi opinaris, & facit Bart. in l. 1. C. de usur. quæ communis sententia declaratur etiam proce 148 dere, quando necesse est aliquid probare di rectè. secus in ijs, quæ non nisi per coniecturas verisimiles sat est probari, exemplum in probando matrimonio, filiatione, adulterio, & ijs similibus, quia de credulitate tenet dictum, vt dixi ex quo sunt difficilis probatio nis, & tradit Tynd. d. cap. 5. per tortum, vbi pul chre, & per Boff. eod. tractat. de test. num. 43. Posset tamen adeo coniunctum esse testimoniū credulitatis cum tali bona, ac sufficien tiatione, quod valerer, Viui. co. op. fol. 271. vers. interpretatur. vbi in antiquis limitat habere locum. Item in ijs, quæ tantum per audi tum probari possunt. Item in peritis quo ad deponendum de scientia eorum artis, & in alijs quam pluribus casibus, de quibus Cano. in c. quoties. de test. & Soc. reg. 518. & specul. vbi sup. §. 1. versic. itē quod depositum, & Doct. in l. solam. C. de test. Cepol. caut. 43. item quā do deponit de eo, quod non vidit, vt in recognitione literarum, & seu characteris, & manus alterius, tamen consuetudine induci potest quod testibus creditur deponentibus per verbum, credo, in illis casibus scilicet in quib. de iure communi non requiritur vera probatio. Dec. cors. 37. num. 6. quæ consuetudo per plures actus uniformiter sequiros probari debet. Doct. in l. de quibus & in l. minimè. ff. de leg. At eo casu quo alias testi nō creditur, circumscripta consuetudine non creditur plene, sed taliter qualiter. Anto. in cap. extra de Appellat. Cur. iun. consil. 19. nu. 13. par. 1. Item si in primo examine depositum per verbum cre dere, & in secundo examine per verbum af fertium veritatis, conualidatur eius dictum, & valet ex secundo dicto. ita Clar. §. fi. q. 51. vers. etiam & testes super peritia satis conclu denter deponunt dicendo ita credo, ita mihi videtur, sic iudicium, absque alia ratione, quia eorum peritia sapit naturam Iudicij. l. septi mo mense. ff. de statu hom. Alijs verò testibus non peritis, non creditur nisi addant bonam & concludentem rationem. Cepol. caut. 43. & viui. com. op. versic. interpretatur fol. 271. 149 Et tria requiruntur ad hoc ut testis de credulitate plene probet sententiam. Farinac. eo. tit. q. 68. num. 111. cū seq. quod bonam reddat rationem credulitatis, ita firmiter dicendo

credere quod poterant sub una oratione stare. Ex quibus idem dicendum concluditur, quando testis deponeret per verbū, nulli videtur. nam præcise videtur testis indicium facere, ut per Bart. in l. 3. ff. de ventrī. inspic. h. diem proterre. §. si plures. ff. de arbitri. Alex. consil. 74. volum. 2. & plenius consil. 109. vol. 1. Tynd. vbi supra capit. 6. Aret. consil. 64. volum. 3. nisi in ijs, quae secundum eius peritiam deponebat, ut dixi supra. & quamvis testis præcisè nō  
 150 præsumitur recordari secundum eā, quae dīxi supra num. 136. in 4. par. tamen si dixerit se non recordari de ijs, quae verisimiliter recordari potuerit, puta de facto proximo, & de re admodum notoria, ut dixi in dicta 4. par. tunc redditur penitus suspectus. iux. l. peregrin. ff. de acqui. poss. Bart. in l. 2. §. si quis autem. C. de veteri. enucle. text. in l. emptor. §. Lucius, ff. de pact. Innoc. in capit. qualiter, & quando extra. de accusat. Tynd. cap. 9. num. 1. & seq. par. 3. secus est in factis antiquis, de quibus non præsumitur memoria. Alciat. de præsumpt. reg. 3. Barbat. consil. 65. colum. 4. lib. 4. & Aret. in cap. in nostra. de test. & Menoch. de arbitri. iud. cas. 308. num. 7. fol.  
 152 262. vbi ponit quādō testis præsumitur sciēter, aut ignoranter falsum deposuisse, & cas. 3. num. 2. car. 79. vbi dicit, tempus antiquum,  
 154 quādō etiam dicitur, arbitrio iudicis relinquitur, & tempus immēmorabile dici centū annorum, ut magis communē opinionem testatur Felyn. in cap. ad audientiam, col. 8. versic. limita quinto de præscr. Didac. in cap. possessor. 2. par. §. 3. de reg. iur. & Menoc. vbi supra cas. 3. Item quando testis dicaret se non recordari de eo, quod est facti transeuntis, licet de proximo, non argueretur de falso, & vid. sup. fol. Clar. §. fin. q. 4. versic. scias, vbi  
 155 ponit quando dicitur constare de delicto facti permanentis, & quando de delicto facti transeuntis, vel nisi esset natura, vel accidentaliter memoria adeo labilis, ut vix suum no-  
 156 men retinere posset, ut scribitur de Messala Coruino, qui sui nominis oblitus fuit, de quo apud Per. Crinitum legitur lib. 1. de honesta disciplina. cap. 12. Nec de auditu alieno tantum testimonium valere dixi, per d. l. testimoniū, eo. & in authen. de hær. & falc. §. hinc nobis, & cap. causam, extra de consanguin. & affin. cap. de ijs. 9. q. 3. & est magis recepta sententia. Bart. in l. 2. §. Item Labeo. ff. de acquit. plu. arcen. Dec. consil. 153. colum. pen. Thob. Nomi. consil. 25. num. 23. Rom. consil. 104. & pulchrit. Rimini. iun. consil. 6. num. 2. cum leq. faciat tamen in paritate probationum ita præsumptio de auditu alieno obtinere eum qui talēm præsumptionem habet secundum Rui. consil. 106. num. 17. D. Carol. pater meus. in Resp. 346. in fin. Mascard. de probat. conclus. 137. num. 4. volum. 1. sup. num. 80. in 2. parte. Regula igitur est, quādō testis de auditu alieno non probat. fallit 1. in antiquis, d. cap. de ijs. 9. quæstio. 3. & d. l. 2. §. item Labeo. vbi Bart. fallit secundo, in computandis gradibus affinitatis, cap. licet ext. de test. Federic. Schenc. eod. tract. num. 45. Marant. eod. trac. num. 18. Joan. And. ad Spec. dicto §. 1. & in cap. 3. ext. eod. vbi distinguit, & quando testis deponit de auditu alieno debet dicere, se audire ante  
 158 item motam, si dicunt de auditu alieno vatere debet, ut no. dicit Rom. sing. 860. & Boll.

eod. tract. num. 42. quod est notandum in illis casibus ip. quibus valere potest tertio si testis di-  
 159 xerit à multis audiui dici eis de hoc publi-  
cā in voce, & famam, quia tunc probat. Ro. consil. 76. num. 5. Alex. consil. 66. in 3. volum. consil. 87. volum. 2. præsertim in ijs, quae diffi-  
cili sunt probationis. Ioan. Cro. eod. tractat. num. 151. & in ijs, quae sunt modici præjudi-  
cij, secundum glo. in l. vbi adhuc. C. de fur. dot. Bart. in l. de minore, §. plurimum. in fin. de qua-  
stio. & alias fallentias prosequere, ut per eun-  
dem Crot. num. 140. cum seq. & intellige, vt  
 Z predixi. Nam co. op. aut communis vīs lo-  
quendi tunc probatur si testis dicat audiuisse  
à multis personis, licet dicat non recordari à  
quā in specie audierit. l. in summa, §. item La-  
beo de acq. plur. arcen. Hiero. de Mont. tract.  
fin. reg. cap. 56. num. 5. & 6. & in antiquis, te-  
stis de auditu alieno probat. Duen. regu. 299.  
fallent. 7. si concurrat etiam aliquid aliud ad  
miniculum, Hostien. in cap. licet, vbi cat. ex-  
tra de test. & quando possunt recordari à quo  
audierint debent nominare eos. Fulgo. consil.  
136. consil. 73. Capell. Toloso. decisi. 379. & de-  
bent dicere audiuisse è pluribus, non sufficit  
ab uno tantum. Aret. in cap. tam literis. col. fi.  
de test. latē Cephal. consil. 250. per to. volum. 2.  
& valet argum. de teste ad Notarium, vel ad  
instrumentum notarii, Decian. consil. 18. a. 8.  
volu. 2. per l. Doinitius de testim. nam sicuti  
non creditur testi deponenti de auditu alieno,  
ita nec Notario assumenti exemplum in-  
strumenti ab alio recepti, quia fides de fide si-  
dem non facit. Doct. in auth. si quis in aliquo.  
C. de eden. & in concludenda publica voce  
& fama debet reddi rō quid sic publica vox  
& fama. Bursat. consil. 20. num. 64. Feret. consil.  
246. num. 2. volum. 2. & quod vītum habuit  
ante captum iudicium, ut dictum est de teste  
deponente de auditu alieno. sup. sub nu. 138.  
& si vis plene iustific. quo ad testem de auditu  
vi. D. Farinac. d. tract. de test. q. 43. a. nu. 164.  
vsque ad nu. 215. qui nil intactum tellit que  
verum testis de auditu alieno in causa assal-  
nij, & enormissimi delicti facit præsumptionem,  
ex qua fit inditium in huiusmodi casibus  
ad torturam. Marsil. pract. §. examinanda. nu.  
28. & 29. nec refert quando testis deponit de  
160 publica voce, & fama, an dixerit eis publici  
cam vocem, vel communem vocem, & famam,  
vel ita publice per totum dicit, quia idem sunt  
ut per Ioan. Bapt. Ferret. consil. 364. num. 5.  
lib. 2. quem in prop. allegat Can. ca. decisi. 1.  
in 2. par. num. 41. & aduerte, quod testis de au-  
ditu alieno non probat etiam in casibus, in  
quibus specialiter probatio valerer, quando  
dicaret audiuisse à parte illud, quod deponit,  
ut per Thob. Nomi. d. consil. 24. num. 23. &  
sequen. & ad supradicta omnia vide Felyn. &  
Aret. in dicto cap. quæstiones de test. & Alexand.  
consil. 79. circ. fin. & consil. 109. colum. ante-  
pen. volum. 1. & si testis deponat de suo audi-  
161 tu tantum, & non de visu, ei penitus creditur,  
ut infra num. 193. ut opinio est regulas  
& communis, & procedit, quando notam  
habet vocem contrahentium, vel delinquen-  
tium, ut testatur Alex. consil. 190. lib. 7. Paris.  
consil. 33. num. 1. lib. 2. Vt. comm. opin. lib.  
primo, opin. 406. qui dicit, quod hoc non pro-  
cedit in testamentis, in quibus, & testatorem  
videre, & audire loqui debent, ut præmonui-  
supra

supra num. 80. pat. 2. &c. tradit Corn. consil. 18. lit. D. lib. 2. & Clar. lib. 5. sent. §. testamentum q. 59. & in alijs tribus casib. necesse est, quod testes omnino videant contrahentes, ut primo in probando factum, secundo quando imperitus, idest ille qui nescit scribere contrahit in scriptis. tertio quando fit inuentarium p. tex. & glo in l. fin. §. subscriptionem. C. de iur. deliberan, ita Bald. in dicto nostro tracta. nu. 7. pat. 3. & in pac̄tis, testis non sufficit, quod dicat se fuisse praeſentem tractatui, nisi etiam dicat interfuisse conclusioni, glo. in l. eleganter. ff. de cond. indeb. Gomes. var. resol. titu. de perfe. contrahen. versic. prosequendo: & testimoniu de proprio auditu, vbi plene probat, ut per scrib. in l. testim. de test. & in cap. quoties, eod. & vt supra per adhuc. num. 157. operatur, quod transfert onus probandi in Aduersarium. Pacia. de probat. cap. 10. nu. 94. lib. 1. & ij testes qui de proprio auditu depo- nunt etiam quod dici possint singulares, quādo non essent contestes de tempore, nihilominus coniunguntur ad cōuincendum illum qui negat non dixisse id quod testis audiuisse ab eo deponit; nam de proximo, & non de remoto probat. Guid. Pap. in suis decis. 9. addit. quæ supra dixi num. 130. lit. S. parte 2. secus quando de alieno, & tales qui deponunt de auditu tantum proprio, & non etiam de visu, debent reddere rationem, quomodo eum cognoverunt, & qui tempore noctis deponunt, cognouisse aliquem per visum, debent exprimere, an luceret luna, vel quomodo cognoue- runt illum. Cæp. caut. 3 16. Cat. cot. memor. 162 versic. testis deponit de eo. & debent testes qui de auditu alieno deponunt, & quorum in aliquibus valet testimoniū, ut statim dixi, esse omni exceptione maiores, ut communē ponit Ceph. consil. 82. num. 45. & vide Cra- uet. de antiq. temp. sect. viso de fama. nume. 6. cum sequen. vbi ponit duodecim, quæ requi- 163 rūtur ad hoc, vt testis de auditu suo valeat, & Curt. de test. conclus. 31. Dec. in l. 1. nu. 28. si cert. petat. & ibi Curt. iun. num. 57. Cephal. consil. 140. num. 29. vbi dicit, hos testes depo- nentes de auditu proprio tantum, inducere 164 onus probandi in partem aduersam. Socin. consil. 45. colum. 3. Nat. consil. 245. colum. 1. & sequen. & Soarez. recept. sent. verb. testis, & si regulariter de auditu proprio fidem faciat, num. 161. 162. 163. & 164. Cephal. consil. 452. num. 20. volum. 4. Rom. sing. 45. Alexan. consil. 77. lib. 2. Gozad. consil. 15. nu. 25. Curt. de test. num. conclus. 31. & testis qui dicit cognouisse aliquem ad vocem de die, vel etiam de nocte, facit contra illum inditium ad tortu ram. Ias. in l. non minorem, num. 5. versic. li- mita singulariter. C. de transact. Bald. in l. si non speciali colum. 1. C. de testam. Plot. in re 165 pet. l. si quando, nu. 845. versi. fallit quarto. Ad iudicem igitur spectat testem interrogare, vt dixi, & iuxta interrogatoria partis aduersa in ciuilibus, & vbi videret casum dubi- tablem, etiam iudex ex officio alia adhibebit 166 interrogatoria. text. in cap. in præsentium de test. Spec. eod. tit. §. nunc tractandum, nu. 12. versic. & aduerte, tex. in cap. cum causam, de test. & ibi glo. in nouella. & est communis, & practicabilis opinio, de qua Alberic. eod. tract. cap. 8. num. 1. & 2. & circa interrogato- ria quæ, & quando sint admittenda vi. D. Me-

noc. de arb. iud. cas. 51. vbi latè, Decia. cap. 35. num. 38. in 1. volum. Nota tamē vnum, quod in criminali, non dantur de consuetudine interrogaatoria contra fiscum, idest ad deſtruendam fisci intentionem iam fundatam, quod est de communi stylo cuniarum, ut pract. Fol- ler. crim. fol. 252. num. 32. & Clar. §. fin. q. 23. versic. item quāro; vbi rationem dixit esse, 168 quia fiscus non ſolet probare contra defenſiones reorū, neque datur ei aliquis terminus ad repulſam, & allegat Carauit. idem te- nere ſuper rit. mag. cur. 258. num. 3. quam ra- tionem ceſſare, inquit quādo eſſet accuſator, nihilominus concludit conſuetudinem, ut ſu- pra obſeruari, quod nullo in caſu contra fi- ſcum dantur interrogaatoria, & ratio etiam iu- dicio meo eſſe poterit, quia fiscus ſemper pro bono Reipublicæ debet operari, cum publicè interſit delicta puniri. Ita vulneratus ad leg. 169 Aquil. aut facta. in fin. ff. de pœn. cum vulg. ergo contra publicum fauorem eundum non eſt, cap. odia. de reg. iur. facit tex. in l. nemo po- test. de legat. 1. l. ius publicum de pac̄t. & l. nul- la. de legat. Nihilominus ſolent, ut Mantua, & alibi (preterquā in ſtatu Mediolani) trāſ miffa inquisitione, repeti testes ſuper ea cum interrogatorijs ad instantiam inquisiti, quæ inquisitio debet legi testi repetendo, ut de mo- re ſuper capitulis, quando ſuper eis examinan- tur testes ad defenſam, qui pariter examinan- tur ſuper interrogatorijs fisci, & ſic par pari referto, nam quemadmodum licet Reo dare interrogaatoria in repetitione testimoniū ad o- ffenſam, ita & fisco, in examinatione testimoniū ad defenſam. iux. l. non licet actori quod Reo permititur, & hoc modo iudicium non clau- dicat. eſt tamen aduertendum pro tutanda in- tentione fisci, quādo inquisitus vult testes co- tra eum examinatos repetendos eſſe cū eius interrogatorijs, quod Iudex admittat ſatum interrogaatoria, quæ respiciunt declarationē, & non defenſionem Rei inquisiti, ſed ea quæ faciunt ad declarandum circumſtantias facti, vt puta, ſi luna lucebat, vel quo genere armo- rum vulnerauit, vel quibus preſentibus, vel in quo loco, vel quomodo actus ſe habuit, & de ijs ſimilibus interrogatorijs circumſtantia- libus, prout ſubiecta materia poſtulat; ſed si te- ſti pro curia examinatus dixerit vidisse vul- nerari, & in repetitione pars inſtitet interro- ga, ri, puta quād erat obscura nox, vel quād luna non lucebat, vel quād paries aut homines erant intermedij, non debet huiusmodi inter- roga toriū admitti, itē ſi testis dixerit, quod vidit Titum vulnerare Meium ſclopo, & fa- ctum ſit ad instantiam Titij inquisiti, interro- gatoriū, quod dicat an viderit pilam intro- cūtem, vel quod ibi alter erat cum ſclopo qui vulnerauit, vel alio genere armoruni, haec & ſimilia interrogaatoria non ſunt admittenda, quia ſunt capitula per Reum, & proban- da capitula per alios testes ad instantiam ip- ſius Rei. & hinc addendo ijs, quæ ſupra dixi in 3. pat. vbi de negatiua loquutus ſum, Dico quād ſi Reus vult probare direc̄to negatiua, videlicet non fuile commiſſum delictum, vel vult probare indirec̄te quod testes qui con- tra eum depoſuerunt ſunt falsi, probando, quād ipſe accuſatus tempore commiſſi deli- cti erat absens iux. l. optimam. C. de contra- hen. empt. & primo caſu testes debent remo- uere

uere actum à sensu, non sensum ab actu, nam debent dicere quod illa die, & hora qua dicitur fuisse factum delictum in tali loco, non fuit factum, quia ibi præsentes erant, & non potuisset fieri quin ipsi vidissent, & audirent, ita ut quod non sufficit dicere simpliciter quod non viderint, nec audierint, nā hoc modo non remouent actum à sensu, sed sensum ab actu, quia virtus stat in ratione, vt quia addant, non potuisset fieri quin ipsi viderint, vel audierint, vt per Bald. Castr. & alios in d. l. optimam, & ideo si Sempronius accusatus est, quod impediuerit iustitiam, dum Beruarius capere volebat Meuium, dicendo *flare indietro*, & inclinando ensim, stansque in me-  
dio Beruarij, & Meuij: & testes examinati ad defensam dicunt, quod Sempronius nullo mo-  
do, nec facto, nec verbis impediuerit, satis pro-  
bant, quia ista probatio non dicitur genericā,  
vt videretur in diuersis terminis sentire Nat. in  
consil. 96. nu. n. 5. vol. volum. 1. & Paris. consil.  
74. nu. n. 45. lib. 1. quia per dictiōnem nullo  
modo complectuntur omnes species specifi-  
cē, l. quod si Meuius, & l. 1. ff. de penu. legar.  
no. glo. in l. à procuratore. C. manda. adden-  
do quia erant præsentes, & multò magis tol-  
lunt dictum ad offensam, quia per aliam ratio-  
nem mouent actum ensis demissi, seu incli-  
nati, quia Beruarius nimis furiose irruens in  
Meuium impulit Sempronium, ex quo facto  
nimiram si Sempronius inclinavit ensim, &  
licet testes Sempronij non dicant, quod propter  
impulsionem ensis inclinata fuerit, nihil  
ominus infertur, quia intellecto à Beruario,  
quod exequi volebat iustitiam Sempronius  
ensem eleuauit, quod est signum pacis & vbi-  
dientie, sicut inclinatio est signum offendendi,  
& eo magis, quando una cum eleuatione;  
sed declarauit verbis dicendo nequaquam  
velle impedire, sed quod iter latus est, & caue-  
re debebat, ne ipsum Sempronium impelle-  
ret, quae impullio declarat causam ob quam  
actus fecutus est, ultra quod testes Sempro-  
nij nū neco, & dignitate præualent, quamvis  
probatio ad defensam dubia, & non plenē cō-  
eludens sufficit. Dec. in l. non videtur, §. in pe-  
naliib. de reg. iur. vt per Doct. in l. vt vi. ff. de  
iust. & iur. & Boss. in tit. de defensio. reorum.  
nu. 12. vbi dicit etiam ad defensam credendū  
testibus affinibus, & consanguineis, & ipse ali-  
bi dixi in hcc. tract. modo redeundo ad secun-  
dum caput, si Reus vult probare per indirec-  
tum se alibi fuisse eo tempore quo dicitur de-  
lictum fuisse factum, tunc necesse est ut testes  
deponant coartatē, & de momento ad mo-  
mentum temporis, dicendo quod continue  
per id tempus totum de quo deposituerunt te-  
stes accusatoris, Sempronius, accusatus fuit in  
alio loco, & hoc quando locus non erat mul-  
tum distans: quia ire, & redire poterat de di-  
cto loco ad locum delicti in illo tempore, sed  
si delictum fuit factum Mantua, & testes di-  
cant, quod Sempronius eo tempore erat Ver-  
rona, vel Cremona, seu in alio loco in quo  
impossibile sit, quod potuerit eo tempore ire,  
& redire, vel adesse in loco delicti, tunc non  
est necesse quod testes deponant de momen-  
to, & continuatione temporis, sed sat est,  
quod dicant ea die fuisse puta Mediolani, ita  
Doct. in d. l. optimam, C. de contrahen. empt.  
vbi Alberic. & pulcrè Boss. d. titu. de defens.

Reorum nu. 15. & 24. & 29. vbi declarat Fely.  
& Doc. in c. ex tenore de probat. loqui in pro-  
batione directa, & non indirecta. Quia de re  
sunt bene considerandi isti termini circa re-  
motionem actus à sensu, & sensus ab actu. Nā  
remouere actum à sensu, est quando quis die-  
cit tale quid, quia si factum fuisse ipse vidi-  
set, & auditisset quia præsens ibi semper fuit,  
vel si dicat ego fui semper præsens, nec fecit  
Sempronius impedimentum ullo modo, nec  
verbis, nec facto, vel non potuit fieri quin vi-  
dissem, & auditisset: remouere autem sen-  
sum ab actu est quando quis dicit simpliciter,  
eram præsens non vidi, quod factum sit, vel  
non audiri, quia si non vidi, vel non audiuit,  
forte defectus fuit in oculis, vel auribus, vel  
propter ruinorem, vel distantiam, vel inter-  
positionē alicuius personæ, vel rei, qđ videre,  
vel audire nequerit, & hoc casu non probat,  
nisi diceret eram in domo, & mecum semper  
in domo stetit Sempronius, & non vidi quod  
fecit id de quo imputatur, quoniam si consta-  
ret Sempronium mansisse in domo, & delictum  
fuisse factum extra domum, probat ad defensam  
non obstante illa insipida ratione quia  
non vidi, nam virtualiter colligitur quod non  
fecit, per aliam rationem bonam quod stetit  
semper in domo. Nunc redeundo ad mate-  
riam Interrogatoriorum dico non esse dan-  
dan copiam eorum propter timorem subor-  
nationis. Doc. in l. si is apud quem. C. de eden.  
Cano. in c. per tuas de test. sicuti etiam dixi ex  
causa non dari copiam nomisum testium ex-  
minandorum, neque examinatorum quando  
contra potenter deposituerunt manu prom-  
ptum. Debent pariter fieri interrogatoria  
in omnibus causis, tam circa eorum dicta, quā  
circa personam, quia toto posse curare debet  
iudex, vt veritas magis appareat. 30. questio-  
vlt. cap. iudicantem, & in l. is apud quem. C.  
de eden. interrogabitq; diligenter de tempo-  
re, de loco, de indumentis, de visu, de auditu,  
de gestu, & odoratu, & de tactu, prout nego-  
cij qualitas exposcit, item de vita, & moribus  
& de qualitatib., an pauper, affinis, inimicus,  
& quem ipse mallem vincere, amicus plus vni-  
quam alteri partium, & de qualitate amicitij,  
& inimicitia nunquid leuis, aut magna sit, nū  
quid precium accepit ad perhibendum re-  
ftimoniū, iux. §. Julianus. l. 3. ff. eo. quod proce-  
dit quando accepit ne testimoniu perhibeat.  
Iecus si judicialiter datum sit, quia potest se-  
cundum Specu. cod. tit. §. 1. versic. sed quid si  
dedit, & vide Put. de synd. in verb. corruptio.  
num. 11. & facit tex. & glo. in l. 1. de falsi. quam  
singularem dicit Ias. in l. Diuus. colum. pen. ff.  
de re iud. vi. Farinac. de test. quest. 67. sub nu.  
230. cum multi seq. vbi de pena illius qui te-  
stem corrumpt, & sub num. 255. ait produc-  
cens quod siue pars, siue dolus punitur etiam  
quod illius dicto usus non sit circa cautelam  
adhibendam in hoc casu contra producen-  
tem testes, §. parte 3. sub numero 65. ver-  
sicu. item cautela. Clar. §. Falsum, versicul.  
vtens falso, & ibi Baiard. nu. 119. & an pars te-  
neatur respōdere an vii velit vel nō dixi sup.  
nu. 15. in hoc. §. par. Producens ergo testem  
corruptum secundum Farinac. d. q. 67. nu. 282.  
perdit causam. & allegat inter alios Capic. De  
cis. 67. Boer. Decis. 191. n. 1. Bertazol. cōs. 218.  
& alios vi, in criminalibus Clar. & ibi Abb. in  
d. §.

d. §. Falsum, verf. producens, & quibus casibus testis corruptus proberet, vi. eundem Farinac. d. q. 67. nu. 280. 281. & 282. vbi contra corrum pentem quando est productus à parte contra quam corruptus fuit, l. neque natales, C. de probat. sicut dictum est in materia subornationis, si est Christianus, & confessus sit hoc anno peccata sua, & sanctam sumperit Eucharistiam, & de causa scientiae est potissimum interrogandus in illis casibus de quibus latè supra nu. 85. in 2. par. alias iudex tenetur parti ad interesse, secundum Aegid. eod. tract. nu. 19. & de omnibus supradictis interrogationibus, vide omnino Spec. aurigam omnium pract. eod. tit. §. iam de interrogatorijs, per tot. & Alber. eod. tract. cap. 8. per to. & testis corruptus pecunia non facit fidem. Spec. de test. §. 2. versic. quid si recipit, est tex. cum glo. in c. licet de probat. & in cap. quoties de test. & iste non facit fidem, nec etiam ad probandum falsitatem alterius. Grammat. consil. 35. nu. 31. & Mars. consil. 89. vol. 2. & in sing. 353. Bar. in l. 1. de fals. & pars, quæ testem corruptum non relevatur à pena etiam si eo non vitatur. Angel. & Salyc. in l. falsos, C. de fals. quam legem de Iudice extendunt ad testem, & ita fuisse obseruatum inquit Boer. decis. 319. nu. 6. fo. 792. sed si testis non esset corruptus pecunia, sed subornatus, pars quæ talem produxit testem deberet moneri oretenus, vel in scriptis, an vti velit dicto sui testis, quia si dicit, quod non, alio non constito eximitur à pena falsi producentis. Mars. omnino videndum in l. 1. per to. ad leg. Cor. de fals. sed si dicat, vti velle, constito de subornatione punietur, vid. sup. nu. 69. & practica huius interrogationis sumitur ex l. si vteris, C. de fid. instru. & debet petens responderi protestando, & declarare velle argui de falso testem, aut Instrumentum, secundum Bal. in l. diuus, ff. de fals. tam in practica non detegitur animus perqui-  
172 rentis hanc protestationem, in summa sicuti diligens confessor examinando se gerit in penitentem, & medicus in infirmum, ita & bonus, & prudens iudex erga testem se gerere debet, iux. iustum, l. prima, ff. eo. & l. prima, sup. ff. de Carb. edic. & in interrogando mutu debet adhiberi confidens, qui diu per conuersationem intelligat mutum, & intelligatur ab eo. Mutusque interrogabitur per signa, & circumstantias, & si scit scribere, legat capitula, & interrogatoria, & scribat suam responsionem, & illis qui notam habent muti intelligentiam datur iuramentum, vt in simili de interpre dictum est supra nu. 128. c. testes, 3. q. 9. Ias. & glo. in l. discretis nu. 9. & 10. nec est cum tortura mutus in testem admittendus. Gomes. var. resol. tit. de Delic. nu. 69. in fin. praesertim quando est Mutus à nativitate, vi. sup. in 3. p. 173 sub nu. 36. Et si forte testis nollet respondere ad interrogata, est cogendus, tam in civili, quam in criminali causa, arg. tex. in l. Labeo, §. 1. ff. de arbitr. pract. Foller. cano. fol. 2. t. nu. 34. Clar. §. fin. questio. 24. versic. successione, vbi inquit ita obseruari, & practicari. Ange. de Peru. eod. tract. nu. 21. Lanfran. in cap. quoniam contra, in verb. testes, nu. 31. de probat. qui de communi testatur, & dixi supra in 1. parte num. 9. Alber. de Malet. eod. tract. par. 2. nu. 55. & seq. vbi inquit, qualiter sint cogendi,

174 & damnat hanc impulsionem fieri per mis-  
sionem in carceribus, sed hoc pendet ab arbitrio iudicis, datque modum, quod si testis sit  
175 ecclesiasticus, cogendus est per censuram ec-  
clesiasticam, quæ censuræ, & comminationes  
solent fieri, etiam generaliter contra illos, qui  
de aliquo negocio occulto, puta de furto, &  
re aliena subtrahita non curant dicere verita-  
tem. An illæ qui iuravit non reuelare secreta  
Amici teneatur sub comminatione censuræ  
Abb. in cap. dilectus, nu. 5. de except. prel. vbi  
quod si in iudicio cogatur dicere sub iuramen-  
to veritatem, tenetur reuelare, & Rip. dicit,  
quod sic tract. de remed. peftis num. 121. dixi  
supr. in 1. par. num. 5. lit. A. & in secunda par.  
prin. nu. 59. lit. N. & Rip. vbi supra dicit, quod  
qui scit aliud iuste possidere non tenetur sub  
comminatione censuræ propalare, quia cen-  
sura intelligitur de iniustè detentoribus; insu-  
per notandum est, quod exceptions quæ re-  
pellunt personam testis propter delictum, vt  
quia sit infamis, latro, homicida, vel turpis per-  
sona, non debent prouenire ab ore testis, nisi  
a se ipso dicat, nec debet de eis interrogari, vt  
admonet Spec. tit. nostro, §. iam de interroga-  
torijs, quia nemo tenetur detergere hoc in ca-  
su turpitudinem suam, l. alias, de iur. iura. nec  
sunt testes circumducendi nisi sint malitiosi,  
& videantur scire quod negat, vt sup. nu. 135.  
& seq. si vero est laicus, debet cogi per impul-  
sionem, & mulctari captis pignoribus, ar. l. pri-  
mæ, ff. si quis iud. non obtemp. sed hoc in ciu-  
li, & leui causa, at in criminali, secundum vr-  
176 gentiam negotij, neandum in dicta mulcta  
sed & minis, & carceribus, & quandoque usq.  
que ad torturam deuenietur, vt per Clar. d. q.  
24. & Lanfran. cap. quoniam contra, nu. 55. &  
seq. de probat. quod eo magis procederet,  
quando alij testes, hunc testem respondere re-  
cusantem contestem dederint. Sed quando te-  
stis non esset in actu examinis, sed solum vo-  
catus, & citatus non veniret, tunc debet mul-  
177 ctari tantum, & toties quoties iudici non  
obtemperauerit, to. tit. ff. si quis iusd. non ob-  
temp. nisi aliqua excusatione sit dignus, puta  
senectutis, infirmitatis, litigij, vel absentie aut  
officij publici, vel detentionis, quo casu debet  
mittere excusatorem, faciunt quæ sup. dixi, in  
hac par. sub nu. 122. lit. X. circ. fin. & quamvis  
in aliquo loco quis dicitur minor iudex respe-  
ctu maioris magistratus, adeo quod non po-  
test iubere illis, qui comprehenduntur sub de-  
creto maioris magistratus, nihilominus in  
178 hoc omnes possunt cogi indistinctè à quo-  
quis iudice, scilicet ad perhibendum testimoni-  
um, quia hoc non inuenitur prohibitum, er-  
179 go remanet sub dispositione iuris communi-  
nis, per quod omnes tenentur perhibere re-  
stimonium, to. tit. de test. cog. nam ille qui re-  
cusat dicere veritatem mortaliter peccat, vt  
dixi supra in princ. huius tract. per dispositio-  
nem tex. in cap. si quis, 11. questio. 3. num. 5.  
lit. & conferunt ea quæ in 3. par. nu. 59. lit. N.  
scripta sunt verè in causa civili testes omnes  
cogi possunt quando est necessaria eorum depo-  
sitio ( licet sint Parentes Affines, inimici Par-  
ticipes rei, vel affectionis, vt hic ) sed in causa  
criminali nequam nisi quando veritas a-  
liunde haberi non possit, sed eorum dicta nō  
sunt sufficienti nisi ad aperiendam viam Iudi-

ci ad inquirendum, ut practica seruat, & non  
 in delictis leuiibus, sed gratiibus, & atrocibus.  
 nimis durum esset quod vxor contra maritū,  
 filius contra Patrem, frater contra fratrem, &  
 huiusmodi testificantes probaret taliter quod  
 ex eorum depositionibus sui cari punirentur,  
 natura repugnante. vi.sup.in 4.par. & latè de  
 testibus cogendis, vel non vi. D.Farinac. q.53.  
 61.77. & alibi, vbi de testibus subtrahentibus  
 se à testificando odio, gratia, premio, vel timo-  
 re, car. 386. & 388. vbi ex quibus causis cogi-  
 possunt, & si quis interrogatus cur aliquid feci-  
 sit mali, vel dubitatue an tale quid fecit, vel  
 interuenit, & taceat, in criminalibus sibi prae-  
 iudicat, quo ad forum fori. Marcl. §.cri. §. dili-  
 genter nu. i 34. quod in Reo procedit, secus in  
 teste, vi.sup.in 3.par.nu.200. nisi testis interro-  
 gatus nollet respondere, quia potest torqueri  
 tanquam suspectus. Mascal. conclus. 1368.  
 vol. 3. dixi sup.nu.173. & tacens veritatem fal-  
 sum co... ttere dicitur, vt dicit Bal. de Pe-  
 rrus.eod.tr. l.parte secunda, num. 5. quodque  
 notandum ait. quatuor enim modis opprimi-  
 tur veritas, timore, cupiditate, odio, & amore,  
 180 cap. quatuor, 11. quest. 3. & patet sensui, quia  
 alias iustitia non fortiretur effectū suū, con-  
 tra iura tam diuina, quam humana, quod ve-  
 rum dico, quando isti nobiles comprehensi in  
 decreto maioris magistratus sunt in loco, in  
 quo de delicto cognoscitur, & ibi permanent,  
 sat est applicari cui de iure spectat, & ideo D.  
 Silvius Saluaticus Papensis ciuis valde po-  
 tut erubescere, cum diebus præteritis hac de-  
 re mecum sine legibus loqueretur, §.erubesci-  
 mus in authen.de trien. & semiss. sed illæ per-  
 sonæ priuilegiatae, quæ alias non compellun-  
 tur testificari de quibus in l.Iulia, & in l.inuiti-  
 ti, la 1. de test. & de quibus latè Docto. in l.pa-  
 rentes, C.eod. & infra dicam num. 187. in hac  
 181 parte, si eorum priuilegium minime allega-  
 uerint, quare compellendi non sint, & testifi-  
 care cogantur, non est præsumendum postea  
 quod inuiti testificauerint, vt per Frac. Brun.  
 182 inter trac. crim. diuerso ti. de indic. & tortu.  
 nu. 13. & si suum allegant priuilegium, & non  
 probent, pariter posunt compelli, quia priu-  
 ilegium est facti, & facta non præsumuntur ni-  
 si probentur, l.in bello, §.facte, de capt. & po-  
 sti.reuers. & in terminis tradit Bart. in repet.  
 Lex quacunque nu. 24. & seq. si quis in ius vo-  
 can. non ierit, vbi priuilegiatus non compa-  
 rents mulctari potest, intellige de priuilegio  
 183 principis. Nam in magistratu præsumitur  
 ignorantia, non quo ad ius, & statuta ex qui-  
 bus quis est priuilegiatus, sed quo ad alia, nisi  
 probetur scientia, tex. in l.prima, §.magistratu-  
 s, ff. de magistr.conuenien. quem ad hoc al-  
 legat Parif. tract. synd. in verb. negligentia, c.  
 3. nu. 2. & est tex. in l.si vnus, §.paetum, & ibi  
 glo. verb. in opponendo de pact. & facit Gas-  
 par Caball.milleloq. 856. nu. 3. in 2. parte, vbi  
 185 dicit prius oportet priuilegium probare an-  
 tequam sententia feratur, exemplo militis,  
 186 qui fundatur in priuilegio. Item quamuis de  
 priuilegio constaret, si veritas aliter haberi  
 non posset, etiam hoc in casu huiusmodi per-  
 sonæ priuilegiatae compelli possunt ad testifi-  
 candum. Imo. in cap.super, de test. Hostien. &  
 communiter Cano. in cap.primo, de test.cog.  
 Bal. in cap. delictorum, eo. quem omnes se-  
 quantur, vt resert Blanc. in trac.indic. nu. 357  
 & 350. Io.Crot.eod.tract.nu. 199. nisi aliter à  
 statuto caueatur, vt Mantu rub. 8. & persone  
 187 priuilegiata à iure sunt pater & filius, frater  
 & soror, vir, & vxor, gener & sacer, sobrinus,  
 vitricus & priuignus, qui omnes de iure non  
 debent compelli ad testificandum cōtra suos  
 correlatiuos, quia dis positum in uno correla-  
 188 tuorū, in altero dispositum uniformiter in-  
 telligitur, l.fi.de acceptil.l.fi.in princ. C.de in-  
 dic. vid.tollen.Alb.Malet.eod.trac.c.6. par.3.  
 & ratione, quia nequāquam licet arma sume-  
 189 re de domo rei, vt not. Doct. in rub. & l.1.&  
 2.C.de eden. Hinc est quod ille, qui produxit  
 testem pro se non cogitur eundem pro Aduer-  
 sario producere, per l.nimis graue, C. de test.  
 190 vi.Clar.q.24.ver. penult. & veritas aliter ha-  
 beri non posse dicitur, quando ex natura ne-  
 gocij, etiam verisimili haberi nō potest: item  
 quando verisimiliter plures testes illi aetui  
 adesse potuerint, & tamen qui adfuerunt sunt  
 191 inhabiles, & paria sunt aliquid non adesse,  
 vel adesse inutiliter, & non apparere, l. eum  
 qui circa, de priuileg. cred. l.duo Titij, in fin. de  
 testa. Item quando probatio non posset plene  
 haberi, nisi etiam admittetur alter inhabili-  
 lis, casu quo ibi pariter adfuerit, ita ex declara-  
 tione Anto.de Butr. in cap. tertio loco, de pro-  
 bat. & Ias. in l.1.C.de sum. Trin. & fide catho.  
 Item quando cadit difficultas probadi, admit-  
 tuntur probationes minus integræ, c. tertio lo-  
 co, de probat. cap. illud de præsumpt. l.consen-  
 su de repud. Clar. q.24. versic. sciendum, & D.  
 Menoch. de ar.iud.caf. 116. ab ijs tamen excipi-  
 piuntur inimici, & partes principales. Gram-  
 mat. conf. 45. nu. 15. & 16. cum seq. & in pro-  
 banda inuestitura admittuntur testes de do-  
 mo aduersarij, Bald. in tit. si de inuestitu. inter-  
 do. & vass. c. 1. de feud. & sufficit de consuetu-  
 dine quod veritas ab alijs haberi non possit,  
 quando à communiter accidentibus alij te-  
 stes haberri non posunt, absque illa considera-  
 tione aetu, & habitu, de qua Gram. decis. 34.  
 nu. 7. & in practica tam habiles quam inhabili-  
 les omnes, qui sunt informati examinantur,  
 & sit postea trituratio, & melior elicitor pro-  
 batio, omnesque deseruunt iudici, nam aliqui  
 probant, alij viam aperiunt iudici, alij faciunt  
 numerum, & partem notariorum marsupijs,  
 & testes illi qui sunt inhabiles inabilitate vi-  
 tiosa ab eis causata admittuntur cum tortura  
 si verisimilia deponunt, & propter difficulta-  
 tem probationum, & in causis arduis, & etiā  
 leuiibus. Mascal. de probat. conclus. 1359. Ca-  
 rer. prac. cri. nu. 56. & Marcl. prac. cri. §.diligen-  
 ter. Alex. conf. 112. vol. 2. Grammat. conf. 26.  
 Gabriel. conclus. 8. de test. testes vero qui sunt  
 inhabiles inabilitate non vitiosa, vt affines,  
 consanguinei, domestici, familiares, compa-  
 tries, minores, sc̄minæ, & huiusmodi admittū-  
 tur in criminalibus ad defensam, vt supra di-  
 xi sub nu. 186. in ciuilibus vero indistincte ad-  
 mittuntur quando sunt probatæ fidei, & inte-  
 gritatis. Crot. de test. num. 85. & 86. Gigas, de  
 cri. l.æs. Maiest.lib. 2. tit. quomo. & per quem,  
 q. 9. nu. 7. Doc. in cap. in literis de test. & alios  
 multos cōgerit Baiar. per to. illa q. 64. ad Clar.  
 & quia sunt statuta per Italiam quibus reser-  
 uantur exceptiones testiū in fi. litis, vt est Me-  
 diol. rub. 23. vbi Carp. ideo ne conteratur tē-  
 pus

pus circa inuestigandas testimoniis qualitates, attenditur causa principalis, & postea in fine examinantur obiecta, & in hoc casu stante hac dispositione statuti, si testis fuerit examinatus super repulsa, qui non debuerat examinari; saltem ante tempus, non probat Bart. in I. maritus, de quæstio: vi. Mascal. de probat. conclus. 1359. Crot. eod. tractat. num. 71. & pract. Stiac. capit. 18. num. 9. Blanc. d. tract. de indic. num. 354. Alex. consil. 65. num. 8. in 2. volum. in summa omnes testes inhabiles non ipso iure, sed ope exceptionis, ut domestici, familiares, affines, pauperes, viles, & interessati de quibus supra, & infra dicam, admittuntur quando veritas aliunde haberi non potest, & inhabilitas ex una causa tantum, scilicet vnius tantum exceptionis prouenire debet: nā si testis plures patetetur exceptiones non esset etiam hoc casu admittendus. Gabriel. cōcl. 3. nu. 13. de test. & alios quos adducit Pacia de probat. in Addit. lit. D. c. 10. lib. 1. vbi dicit, quod testis inhabilis admissus propter difficultatem; seu necessitatem probationis, non facit plenam, sed qualiter probationem; secundum Grammat. consil. 59. nu. 12. & Rol. consil. 24. nu. 69. vol. 1. & alios vt ibi per eum, verum in practica aliter seruatur ne delicta remaneant impunita. Nec debet esse in facultate partis, aut Iudicis assuerantis veritatem aliunde haberi non posse, sed expeditius & sat erit rex actis colligatur, non obstante illa addit. ast Capell. To losi. q. 4. vbi nec actu, nec habitu veritatem haberi non posse constare debere, et Marsili sua pract. d. 9. diligenter, nu. 81. & 84. sed Clar. §. n. q. 24. vers. sciendum, ait sat esse quod alij testes ibi non fuerint, sed ipse dico, sat esse si ibi alij testes non fuerint, vel si fuerint non audierint, vel viderint, vel absentes, aut mortui, vel impediti adeo sint quod minimè haberi non potuerint, immo, & si alij ibi fuerint, sed non nominati in processu, nec Iudicii quamvis facilimè haberi potuerint, & à Curia ignoratur, in hoc casu testes inhabiles admittuntur, & sic verificatur dictum Plot. in l. si quando, nu. 38. & 39. C. ynde vi. qui cum alijs dicit arbitrium esse iudicii veritatem aliter haberi non posse, alioquin si dicta duo requisita videlicet adiutori & habitu forent necessaria, non esset arbitrium iudicii ut supra, & Iudex à se ipso poterit se informare an alij testes haberi potuerint. Soc. consil. 136. praetant. sime, vol. 1. Sfor. od. de restitu. in integr. q. 48. nu. 47. Vlta quod sunt certi casus, qui ferre sciri nequeant nisi ab interessatis, vt in ijs que in consilio, aut in capitulo, seu collegio tractantur. Alexand. consil. 152. nu. 11. vol. 5. Grammat. consil. 45. nu. 11. sicuti de ludentibus in ijs, que in ludo sunt in quibus etiam Barri admittuntur. Saly. in l. ea quidem nu. 103. & ibi apostill. C. de accusat. & de ijs que sunt in prostibulo; quia lenones, & meretrices probant. doc. in l. testimoniis des, vbi limitant, ff. de test. Compelluntur etiā 192 personæ priuilegiatae sive à principe, sive etiam si iure communi sunt priuilegiatae prohibere testimonium in criminis lege majest. hæres. & symo. vt supra dixi nu. 6. in 1. parte, ea ratione: quia in ijs criminibus testimoniū, vna est conditio, propter immanitatem 193 sceleris. Sed quando exciperetur veritatem aliter haberi non posse, ideoque testimoniū priu-

legatum cogendum fore ad testificandū, tunc excipienti hoc onus incumbit probandi, vt inquit Butr. in cap. super, de test. & Alber. Miller. dicto cap. 6. nu. 25. & est tex. in l. eius militis, §. militia missus, ff. de re mili. Fely. post Abb. in dicto cap. super eo. de test. cogen. unde concludendo dico, quod quædam sunt per 194 sonæ priuilegiatae, & licet non compellantur ire ad perhibendum testimonium, sed debent mitti ad eas examiner, iux. dispositio nem tex. in l. ad egregias de iure iuruan. de quibus supra dixi, nu. 89. hac eadem parte, tamen testimonium tenentur perhibere. Aliæ sunt quæ sunt priuilegiatae ad hoc, vt non compellantur dicere testimonium, & istæ sunt quæ mox supra adduxi, num. 2. 2. tamen compellantur ire ad iudicem, alias multantur tot. tit. si quis iudic. non obtemp. & Barto. in l. ex 195 quacunque, num. 24. ff. eod. si quis, &c. Sunt quædam aliæ personæ, quæ nullo in casu compelluntur testimonium dicere, nec etiam iudic. obtemperare, & isti sunt, qui non recognoscunt superiorem, sed quando in actu sacramentalis confessionis confessori dictum est aliquid secretum, ille confessor non tenetur, nec potest compelli, etiam quod veritas aliunde haberi non possit reuelare. Bar. in l. Archigerontis, C. de episc. audi. tex. in cap. omnis utriusque sexus, de penit. & ieiun. nisi forte Confessor habuerit licentiam à pœnitente reuelandi. Item secus est quando amico fidei aliquis confertur sub sigillo confessionis, quia in causis arduis quando veritas aliunde haberi non potest tenetur, dixi supra nu. 175. lit. N. sed Sacerdos posset reuelare delictum, non autem personam delinquentem quando sub sacramentali confessio ne scivit. Innoc. in d. c. omnes utriusque de penitent. Cum igitur 196 dicta testimoniū effuntr per notarium actorum in scriptis redacta, iux. ea quæ supra dixi, nu. 125. & cauetur in l. curant, ff. eod. & in l. plures, C. de flde instruunt. Illa sunt legenda aptæ, & clarae testi audienti, vt si forte veller addere, minuere, aut corriger, & statim dicat secundum eas, quæ superius dicta sunt, num. 170. in proxima præceden. par. vi. pariter Felyn. in c. per tuas, col. pen. de test. Bal. in l. fin. C. plus valere, & hanc practicam, ultra quod valde consonat rei, & pollet ratione, Boss. in titu. de tortura, nu. 24. dicit vidisse obseruari, à quodam Doctore maximo, & reuera est seruanda, nam se penitentia locus ipse iudicij, & tribunal, 197 præsentia iudicis, & terror timidos reddit testes, confusosque immemores, & ambiguos, 198 præsertim propter nimiam quandoque subtilem, & odiosam fisca perquisitionem, vt de more, qui non cessat continuo interrogare, in crepare, & terrere in omni impatientia, & modica doctrina, cuius quidem nomen est odiosum, quia certat de pena, & lucro odioso cum factura alterius, arg. l. si quis vxori, §. 1. de fur. secundum Saly. in l. parentes, C. de test. & sequuntur alij quos allegat Benedic. in cap. Raynalius, verific. qui cum alia, &c. numero 259. vi. sup. numero 168. & hoc timore cautele criminale non deberent delegari fiscalibus, arg. l. prima, C. ne quis in propri. caus. Nemum si iudex viderit omisisse testimoniū interrogare super aliquo interrogatoriorum.

partis, poterit rursus parte sic instantे repe-  
te testes super omissis interrogatorijs, dicto  
cap. per tuas, vbi Innoc. extra de test. alias nō  
tenetur nisi petatur, l. quarta, §. hoc autem iū-  
diciū, ff. de damn. infect. alioquin appellati  
posset. Fely. in cap. per tuas extra de test.

200 Hic ultra ea, quæ dicta sunt opportune de  
repetitione testimoniū sciendum est, quod in cau-  
sis ciuilibus testes minime repetuntur, au-  
thent. qui semel, vbi Docto. C. de probat. d.  
cap. per tuas, de test. glo. in cap. cum clamor,  
& ibi Fely. eo. & est generalis opinio. Fallit  
primo, quando iudex omisisset eos interroga-  
re super aliquo capitulorum partis, quia in-  
stante parte rursus repeti possunt, vt dicto ca-  
pit. per tuas, de quo mox supra dixi numero  
119. & trad. Boss. d. tit. numero vigesimosex-  
to, quæ opinio cōmuniſt̄ est, vi. omnino Nell.  
de test. numero 99. Fallit secundo, quando te-  
stes obscure deposuerint, adeo quod opus es-  
set iudicem rursus eos repetere ad declaran-  
dum eorum dicta, vt per Cano. omnes in di-  
cto cap. cum clamor, & in dicto cap. per tuas  
vbi iudicem ad hoc compelli non posse aiunt,  
& latissimè per celeberrimum Iurisc. D. Ca-  
rolum Caualcanum patrem meum honor. in  
suis resp. numero 237. Tertiò fallit quando  
subest aliqua rationabilis causa repetendi, se-  
cundum Dec. consil. 175. col. penult. versic.  
tertio respondetur, & quæ sint istæ cause, in-  
fra dicetur, & sub numero 212. Quarto fal-  
lit quando testis confuse testimonium perhi-  
buit, quia ex officio, & non ad instantiam par-  
tis propter periculum subornationis est repe-  
tendus, glo. in cap. in presentia, in versic. ver-  
bum, lit. D. in fin. extra de probat. Quinto, fal-  
lit quia super nouis interrogatorijs, tam ex of-  
ficio, quam ad instantiam partis poterit testis  
iterum examinari, vt in cap. per tuas, de test.  
Sexto fallit, quando contra debitorem suspe-  
ctum sumptæ sunt summatæ informationes,  
nam eo capto debet fuga iustificari legitimo  
modo, & D. Menoch. cap. 109. numero primo,  
& Fely. in cap. secundo, sub numero decimo,  
de test. & ibidem Aret. vbi alias fallentias po-  
nunt, vt quando ad perpetuam memoriam,  
& quando super cōminicatione excommu-  
nicationis deposuerint, in causa criminali est  
omnino necessaria repetitio, non obstante  
quacunque libera procedendi facultate con-  
cessa, etiam omissis solemnitatibus, Mars.  
in repet. l. de unoquoque, numero decimo, de  
re iud. vsque ad numerū 20. Boss. in tit. de opp.  
contr. testes, num. 34. & Clar. quæst. 45. versic.  
Ceterum, & quid importet clausula, supple-  
tes omnes defectus, vi. trac. claus. Vgo. Cels. in  
clausul. rescript. fo. mihi 672. vbi operati dicit  
circa defectus iuris positivi tantum, & non iu-  
ris naturalis. Car. in clem. 2. §. ceterum de re  
iud. Alex. consil. 79. vol. 1. Abb. in cap. 1. nu. 5.  
versic. supplentes extra, de transact. Caualca.  
decis. 46. num. 402. in 1. par. fallit in criminē  
Iēsa Maiestatis, Aſſaflinij, Hæresiſ, & huius-  
modi atrocissimorum delictorum, de quibus  
Foller. prac. crim. par. 3. vers. & demum repe-  
tantur. Fely. in cap. frequenter in princ. vt lit.  
non contesta. Diaz. prac. cap. 92. num. 20. Gram-  
mat. cons. 40. nu. 7. Capic. decis. 155. col. ante-  
penult. contra quos Bursat. sentire videtur in  
consil. 201. nu. in 113. vol. 2. cuius opinio vide-

tur de iure verior; sed quando datum est libe-  
rum arbitrium & absolutum, vt in materiā  
Brachij Regij, tunc videtur posse deueniri ad  
condemnationem, absque repetitione, nec dis-  
sentire videtur Bursat. ibi in d. consil. 201. sub  
num. 113. 114. & 115. Verum in Dominio Ve-  
nero Capelleti maiorem habent authorita-  
tem: Nam habita quali informatione ore-  
nus de huiusmodi scelestibus viris, si reperiat  
tur ab eis, statim captis, & genuflexis delicta  
confitentibus amputant eorum capita, quæ  
ferunt ad illum iudicem sub quo degunt,  
& cadavera sinunt in aruis, & via publica, ita  
vt sine processu, executio fiat statim contra  
hos facinorosos ob frequentiam istorum la-  
tronum, sed Foller. vbi supra numero 41. vi-  
detur quod in dictis criminibus testes non ro-  
petiti probant quo ad torquendum; vnde si  
Reus fateatur non sit opus alia repetitione,  
secus si neget. Boss. in tit. de conuic. per tot.  
non enim quis posset ex testibus, uti conui-  
ctus damnari, nisi ipsis ritè receptis, & ita pra-  
dictetur quotidie.

Quid si Reus fuerit positus in Banno, sed  
ante sententiam diffinitiuam compareat, an  
etiā fit necessaria repetitio, & dico quod sic,  
quia ex illo banno adhuc non dicitur omni-  
no bannitus, vt haberri possit pro confessio, &  
conuictio, sed requiritur sententia diffinitiuā,  
vt per Clar. quæst. 44. versic. quæro nunc, &  
ibi Add. Bajar. & Cartar. de execut. sentent.  
capt. Bannito, §. fin. numero 174. & sub nu-  
mero 175. allegat Riom. iunio. consil. 647. nu-  
mero 49. volumine 6. & ratio est, quia tale  
bannum extinguitur per comparitionem an-  
te sententiam. Soc. in cap. qualiter, & quando  
il secundo, numero 994. de accusat. & non po-  
test ex tali banno torqueri sine alijs inditij.   
Foller. pract. in 3. par. in ver. & si confitebun-  
tur, num. 8. vsque ad num. 32. vbi plures tra-  
dit limit. sed quando est bannitus, & in ban-  
no per sententiam diffinitiuam confirmatus,  
tunc non fit repetitio quando est captus, vel  
ad nouas defensiones admissus. Clar. d. §. fi. d.  
q. 44. vers. quæro nūc; & ratio est, quia positus  
in banno simpliciter habetur pro confessio re-  
uocabiliter, sed post securam sententiam ha-  
betur pro confessio irrevocabiliter, pulcrè Ca-  
strenſ. consil. 3. super primo quæſito, vol. 3. vbi  
de materia huiusmodi banni. Sed nunquid  
dictum Socij criminis, iterum parte instantē  
fit repetendu postquam eius dictum fuerit in  
tortura repetitum (vt fieri solet) antequam  
Reus constituantur, ad hoc, vt faciat inditium  
contra consocium, vt supra dixi in 4. p. sub nu.  
68. & resolutiue hoc dictum non valet etiam  
quod in tortura deposuerit, & cum iuramen-  
to, nisi parte citata. Mars. ab omnibus sequi-  
tus in sua prac. §. Diligenter sub nu. 59. cum  
mul. seq. idein in consil. 65. nu. 64. Berrazol. cōs.  
342. nu. 30. cum ibi per eum adduct. lib. 2. pul-  
crè Bursat. consil. 201. num. 144. vers. 8. Gomes.  
var. reſol. tit. de Delict. c. 12. nu. 18. Qua de re  
si pars non citata repetitionem testimoniū fieri  
requisuerit, concedi debet; idem quando su-  
per suis interrogatorijs Socium repeti requi-  
sierit, alioquin eius dictum nō tenet. Homod.  
consil. 101. nu. 26. cū seq. vi. inf. de Brach. Reg.  
& Bertazol. consil. 359. nu. 23. lib. 2. & Viui. co-  
opp. 26. Mascar. de probat. conclus. 336.

Rursus